Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Mauritius

Caspari Mauritii, Th. D. P. P. & Superint. Rostochiensis, Exercitatio Secularis De Simonia : In qua De Origine, Usu & Abusu bonorum Ecclesiasticorum disseritur ; [Habita est Exercitatio ... Anno MDCLV. ... Respondente Dn. M. Gerhardo Mohrmanno ...]

Rostochi[i]: Richelius, 1658

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Pr. 513p.

T.f-3644.

51c/3

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730056864/phys_0002
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730056864/phys_0004
DFG

roſtat

CHELIUM

An: 1658.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864/phys_0005
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730056864/phys_0006
DFG

CASPARI MAURITII,
Th. D. P. P. & Superint.
Roſtochienſis,

EXERCITATIO SECULARIS DE SIMONIA,

In qva
De Origine, Uſu & Abuſu bonorum Eccleſiaſticorum
diſſeritur.



ROSTOCHI Proſtat
Apud JOHAN: RICHELIUM
Reipubl. Typogr. An: 1658.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864/phys_0007
DFG

Præfatio ad Lectorem.

HAbita est Exercitatio de Simonia in Auditorio Majori Anno MDCLV. ipso die natali Academiæ, Respondente Dn. M. GERHARDO MOHRMANNO Hamb. nunc Theologiæ Doctorando. Ejus exemplaria cum distracta essent, consultum visum fuit, novam editionem adornare, in qva plenius exponerentur, qvæ in publica Disputatione concisius poni ipsa temporis ratio jusserat. Tu, Lector Benevole, istis utere ad DEI gloriam & Ecclesiæ, cui hæc omnia serviunt, utilitatem, & DEUM precare, ut flectere animos mortalium dignetur, ne sibi & posteritati calamitates, qvarum hic aperiuntur fontes, accersant. DEUS funestis bellis finem imponat & modum cupiditatibus humanis, qvæ omnia PACIS almæ consilia evertunt! Vale & pie feliciterq; rem gere.



AMPLISSIMO
& CONSULTISSIMO
VIRO
DN. JACOBO
Morſen/
J. U. Lic. in Inclita Republ.
Hamburg. florentiſſimo,
Domino & Amico veteri plu-
rimùm colendo,
Hanc de Simonia Exercit:
D. D. D.
Caſparus Mauritius, D.

Ampliſſime & Conſultiſſime Vir, Amice honoratiſſime. Cum alia multa ſunt, qvæ orbẽ Chriſtianum deformant, tum inprimis tria eminent, qvæ modis maximis eundem conſpurcant, prophanatio bonorum DEO dicatorum, & in homines indignos collatio, munerum deniq; atqve dignitatum Eccleſiaſticarum Simoniaca acqviſitio. Non in-

digna diligenti & æqva consideratione sunt, qvæ in Psal. XXII. vers. XIX. qvi de militibus Christi vestimenta spoliantibus agit, commentatur Sibelius. *Referunt*, inqvit, *hos milites sacrilegi, qvi opes Ecclesiasticas diripiunt & inter se dividunt, qvasi spolia essent, Christo interea nudo in cruce pendente, Maria autem & Johanne luctuosè astantibus, ac Ecclesiarum ministris & pauperibus egestate, fame sitiq; tabescentibus. Plebs Hierosolymitana Christo Regi paucis ante diebus vestibus suis viam straverat. Hic verò profani milites Christo proprias vestes detrahunt, easdem inter se dividunt ac de illis sortiuntur. Sic pii majores seipsos vestibus suis exuerunt, & Christo eas substraverunt, hoc est, largas donationes & fundationes (quas vocant) constituerunt, ut Christus in membris suis, vestiri posset: hodie verò vestes CHRISTO detrahuntur, ut in membris suis denudetur & egeat. Audient hi prædones aliquando vocem irati Dei: opes absorpsit & evomet illas: è ventre ejus ejiciet eas DEUS, Job. XX. 15. Verè Salomon: Tendicula est homini de-*

glutire sacrum, & post vota requirere. Prov. XX. 25. Sacrum est, quod sacris usibus, vel Dei instituto & jussu vel hominū voluntaria & spontanea largitione additum & devotum est: sive ad usum cultus divini & Scholarum conservationem, sive ad pauperum sustentationem collatum sit. Sacra ista illecebræ sunt similia, qua hamus induitur, aut quæ laqueo & tendiculæ apponitur, ita ut qui seu piscis seu avis eam arrodit, ilico aut hamo aut laqueo interceptus stranguletur. Sacrarum rerum ad proprios usus translatio singularis quidem boni speciem præ se fert, qua stulti & incauti homines, qui terrena modo sapiunt, alliciuntur: dulcisq; & gratus illarum rerum gustus est, dum in palato sunt: sed post tamen gravius pungunt & mordent, quàm si quis à scorpionibus, viperis & aliis venenatissimis serpentibus ictus sit: idemq; illis prædonibus usu venit, quod piscibus & avibus incautis quo cum unico concupiti cibi morsu vitam suam commutant. Ut eorum non melior sit conditio, quàm profani Esavi, qui suam hæreditatem pro pauculo jure vendidit. Veniet olim tempus, cum

quod ita avidè devorârunt & helluati sunt, se vel attigisse pœnitebit. Exaggeratur hoc scelus apud Prophetam, qui hanc injuriam non tàm hominibus, quàm Deo factam esse queritur: An spoliet homo Deum; quod vos spoliatis me? & dicitis, qua in re spoliamus te? decimis & oblatione. Maledictione estis maledicti, quod vos me spoliatis; gens ipsa tota, Malach. III. 8. 9. Unde etiam in Lege dicitur, tribum Levi hæreditatem inter fratres non habuisse, sed DEUM fuisse ejus partẽ & possessionẽ, Num. XIIX. 20. quia, quod illis cessit, Deo devotum & consecratum fuit: post nova donatione ad Sacerdotes & Levitas devolvebatur. Interim maximum discrimem inter milites, Christi direptores, & nostros prædones sacrilegos est. Illi amicè vestimenta diviserunt, absq; rixis, contentionibus, verberibus. At moderni Ecclesiæ & pauperum expilatores raro absq; jurgiis & cædibus spolia partiuntur. Ideo comparantur lupis prædantibus prædam, qui prædam nacti se invicem lædunt, dum quilibet eorum insatiabili invidia æstuans, alteri portionem

suam

suam eripere satagat, *Ezech. XXII. 27.* Hæc ille. Jam suo tempore qverebatur Bernh. sup. Cant. serm. 23. *Pro Episcopatib⁹, Abbatiis & aliis dignitatibus impudenter decertari.* Qvid de bonorum istorum in indignos collatione dicemus? Lacrimas ea res exprimit vere piis. Ecclesiæ bonis fruuntur personæ non docentes, non discentes, non laborantes, nihil ad DEI gloriam & Ecclesiæ salutem conferentes, sibi & ventri nati. Allegat B. Gerhardus Tom. V. L. C. pag. 1006. dictum clerici cujusdam Parisiensis: *Episcopos Allemanniæ salvare vix posse, quia pene omnes habeant gladium spiritualem & materialem, deq́ sangvine judicent, bella exerceant, magisq́ solliciti sint de stipendiis militum, qvàm de salute animarum sibi commissarum.* De Canonicis notum est gravissimum Magni Chemnitii judicium part. I. Conc. Trid. de Script. Canonica. *Non eo*, inqvit, *modo Scriptura vocatur Canonica, sicut vocantur horæ Canonicæ, aut sicut* κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργὰι *abligu-*

rientes bona Ecclesiastica vocantur Canonici. Tandem, qvæ mens concipere, qvæ eloqvi lingua valet Simoniæ detestabilem gangrænam? Palliant & colorant homines impias emtiones Ecclesiasticorũ munerũ & proventuum titulis honorarii & similibus. Nihil id eos juvat, qvo minus abominandæ Simoniæ rei fiant. Neq; exceptio Simoniæ propriè dictæ hic valet. Esto: Simoniam propriè dictam non exerceant, sunt tamen rei Simoniæ impropriè dictæ. Qvid prodest effugere scortationem propriè dictam, ubi scortationis impropriè dictæ flagitio teterrimo caput adstringitur? De Papatu notæ sunt qverelæ Bessæi: Ihr Bischöffe vñ Vorsteher der Kirchen/ wañ ihr die heilige Orden verkaufft/ wann ihr die Sacramenta um einen Werth oder ums Geld hingebet/ seyd Kaufleut: Ihr Beneficiaten/ wan ihr eure Beneficia verkauft/ oder andere kauft/ seyd Kaufleute. Ihr Geistlichen/ wan ihr die Kirchengüter verswendet/ vnd an stat der Armen vñ Dürfftigen Hunde haltet/ oder Schlafbulen ernähret/ seyd Räuber: Aber leider/ die Kirche Gottes ist anietzo voll dergleichen Kaufleute

vñ Räuber: Die Verkaufung vñ Kaufung der Beneficien vñ geistlichen Pfründen/ vñ dieberaubung derselben/ sind numehr gemein. O wie rühmlich vñ löblich würde es den Bischöffen seyn/ wan sie alle verkauffungen vñ kauffungē eigentlich examinirten/ dan gar viel Judassen würden sie finden/ welche da schreyen: Was wolt ihr mir geben/ so wil ich ihn euch verrähten: Dann/ leider/ die Kirche wird nunmehr für kein heiliges Ort/ sondern/ für ein Ort der Handtierung/ für ein Wechselbanck/ vñ für ein Eselmarck gehalten. Recht vnd wol sagte Philipus König in Macedonien/ daß keine einige Vestung so starck were/ die nicht könte überwunden vnd erobert werden/ wofern ein Esel/ der mit Gold beladen/ hinein kommen könte. O König/ du hast uns hiedurch zu verstehen gegeben/ daß das Geld alles verfälsche! Denn nunmehr ist schier kein einiges Bistumb/ kein einige Prelatur/ noch Prebende/ dazu nicht die ungeschickten Esel gelangeten durchs Geld. Jener hat nit so gar unrecht im schimpf geredet/ welcher sagte/ daß die Roß die Beneficia begehren durchs lauffen/ aber die Esel sie erlangen vñ zu wege bringen. Armselig und übel daran seyd derwegen ihr Doctores vñ Magistri/ vergeblich vnd umsonst haltet ihr um Bene-

ficia an: bemühet euch nur nicht/daß nunmehr sihet man nicht auf die Gelahrtheit oder Verdienst/sondern auffs Geld: nicht verlasset euch auf die verdienste/weil dem Gelde alles gehorsamet. Adde qvæ præcedunt & subjiciuntur. Sed qvid Papatum accusamus? Justius erat in nosmet ipsos oculos convertere. *Justus est primus in lite sua.* Qvi benè cupit Ecclesiæ, qvi benè vult Rebuspublicis, Simoniæ hostis sit necesse est. Hæc n. ubi regnat, ubi Deo consecrata in prophanos usus convertuntur, & homines seculares Ecclesiasticis proventibus saginantur, fieri non potest, qvin in inextricabilem labyrinthum & infinitas ærumnas conjiciatur & Ecclesiarum status & Rerumpublicarum. Satis id docent exempla vetustiora, satis recentiora. Recogitemus ea, qvæ nostris evenère temporibus, atqve inde documenta capiamus futurarum calamitatum, si Deo, qvi Dei sunt, eripere & titulis Ecclesiasticarum dignitatum Deum hominesq; ludere perrexerimq. Avertat DEUS clades, & otiosis seculi cultoribus, qvi indigni Ecclesiasticos titulos stultis suorum votis & cœco furo-

re invadunt, mentem inſpiret meliorē, ut divinæ vocis majeſtate perterriti qvæ Dei ſunt, Deo reddant & inutilia terræ pondera eſſe deſinant, ne æternis lacrimis temporeas voluptates & inſanias deflere neceſſum habeant. Verum n. eſt & manebit illud Gieſſenſium: Wer ſein Ampt dafürthut/der verzehret ſolche Güter mit unrecht/ vnd hat ſchwere Rechenſchafft davon zu geben/ welches die Patroni (Reges, Principes, Magiſtratus: hi enim Deo ſunt reddituri rationem diſpenſatorum bonorū Eccleſiaſticorū) ſelbſt auch billig behertzigen/damit nicht/ was ihre Chriſtliche Vorfahren unſerm HErrn Chriſto vñ ſeiner Kirchen geſchencket/ ſie daſſelbe von ſeinem Altar hinweg nehmē/vñ zu weltlichen ſachen anwenden. Cæterum hæc in præſenti Tractatu de Simonia pluribꝰ perſecuti ſumus. Quem Tibi, Vir Ampl. ſub hoc auſpicium anni novi, cujus decurſum feliciſſimum piis votis optamus, inſcribendum idq; gravi de causa duxi. Viximus una per ſexennium in Academiis Roſtochienſi & Regiomontana, & amicitiam, cujus hic jacta fundamenta erant, conſtanti affectu

coluimus. Ex eo tempore nihil intepuit amicitia noſtra. Memini, ante annos octodecim, Hamburgi cum eſſem, ſingularis benevolentiæ qvamplurima documenta mihi repræſentari. De me id affirmare poſſum, qvoties amicitiæ noſtræ memoria animum ſubit, qvod ſæpius fieri ſolet, toties haud exiguam voluptaté recordationis iſtius comité fuiſſe. Neq; de conſtantia affectus tui ut dubitatem, unqvã contigit. Patere ergo, Vir Conſultiſſ. idemq; Amiciſſime, hoc qvalecunq; noſtræ amicitiæ monumentũ extare, & præſentẽ Exercitationẽ adverſus maligñũ dentem ea, qva te præditũ eſſe novi, dexteritate & prudentia tuere. Hamburgenſis Exercitationis hujus capita publicè defendit: Hamburgenſibus ea inſcripta tum fuit, qvos inter non defuit, qvi ſuo eam præconio commẽdaret: Hamburgenſi dedicari nova hæc editio debuit. Deus O. Max. Te cum familia, omni genere bonorũ, qvæ homini, qvæ Chriſtiano optare fas eſt, & præſtet & conſervet florentiſſimum. Roſtochii Id. Januar. Anno cIↃIↃc LVIII.

DEO DUCE!

IAm per singularem DEI bonitatem seculum est, ex qvo Pax Religionis inter ordines Imperii Romano Catholicos & Augustanæ Confessionis socios edita in Augustanis Comitiis, & sic à tyrannide & avaritia plusqvam Simoniaca Papæ ejusq; curiæ liberata Ecclesia est. De tyrannide nihil dicere attinet. Avaritiam plusqvam Simoniacam totus accusat orbis. Græcis hæc erat causa schismatis Cum enim Johannes Papa XXII. ad Græcos scripsisset, unicum SE esse Christi vicarium, perituros q; omnes, qvi huic capiti non adhærerent, ideoq; monere se eos, qvamprimum resipiscant & obedi-

ant, Græci breviter reſponderunt his verbis, qvæ refert Johannes de Mandevilla lib. 1. cap. 7. *Potentiam tuam ſummam circa tuos ſubditos firmiter credimus, ſuperbiam tuam ſummam tolerare non poſſumus, avaritiam ſatiare non valemus. Diabolus tecum, qvia Dominus nobiscum.* Nempe

Venalia Romæ
Templa, Sacerdotes, altaria, ſacra, coronæ
Ignis, thura, preces, cœlum eſt venale DEUS.

teſte Bapt. Mantuano Carmelita lib. 3. de calamit. temp. *Totus Papatus* (verba ſunt Maximi Lutheri ſuper cap. XXI. Geneſ.) *Subſtantialiter ac plenus eſt Simonia, ac ſi tuleris Simoniam ex Papatu, jam Solem inde tuliſti: nihil enim negotij aliud Curtiſanis eſt, qvam ut emant & vendant Sacerdotia.* Ab hac Papæ & conſortum Simoniaca poteſtate per Religionis pacem, DEO clementer & potenter juvante, liberati ſumus. Qvo major opera danda iis eſt, qvos DEUS ſuæ Eccleſiæ

cleſiæ in utroqve ſtatu præfecit, ut ita alios doceant & mores componant ipſi, ne ad Simoniacos ſcopulos ſenſim relabamur, atqve novas nobis clades culpa noſtra accerſamus, tandemq; Religionis facem & pacem juſto DEI judicio amittamus. Non enim poſtrema calamitatum, qvibus Germania obruta hactenus eſt, cauſa extitit, qvod non tantum Papiſtæ venalia habent ſacra officia & beneficia, verum etiam ipſi nos alicubi hanc ſcabiem nobis affricari paſſi ſumus. Non qvidem diffitemur, complures fuiſſe cauſas calamitatum noſtrarum. Sed neqve hoc negari debet, profanationem ſacrorum officiorum & beneficiorum, qvæ Simoniam comitem habere & pediſſeqvam ſolet, in his familiam duxiſſe. Nempe, ubi pecunia ſacrorum officiorum & beneficiorum aditus occupantur, nec digni an indigni admittantur, qvicqvam penſi habetur, certiſſima peſtis atqve pernicies Eccleſiis pariter & Rebuspubl.

imminet. Qvam ut mutatione in melius declinemus & avertamus, ipsa nos Pax Religionis, cujus nunc memoriam recolimus, cuiqve post DEUM qvietam bonorum Ecclesiasticorum possessionem Majores nostri acceptam tulerunt, instimulare nos debet. Hæc enim §. Dieweil aber verum bonorum Ecclesiasticorum usum monstrat. Qvare provideant Magistratus oportet, ne auro argentove ad officia & beneficia Ecclesiastica via patefiat, neu in profanos usus bona Ecclesiæ convertantur. Sed & illi, qvi in eminentia Ecclesiastica sunt constituti, accurent, ne sacerdotia aliaq; dignitatum sacrum nomen præferentium munera ullo modo fiant venalia, & conscientiis Ecclesiasticarum personarum vulnus insanabile & perpetuo recrudescens infligatur. Dent operam omnes qvibus ea cura incumbit, ut, qvæ olim munifica antiqvitas Ecclesiæ usibus indulsit, non nisi iis, qvi commodum Ecclesiæ procurare & volunt & possunt,

possunt, concredantur conferanturq;. Hoc si fecerint, qvibus ea res in manu est, DEI sentient indubiam benedictionem: si facere recusaverint, DEI non effugient gravissimam maledictionem. *Caveat pius Magistratus* (verba sunt B. Gerhardi Tom. VI. de Magist. Polit. p. 842.) *ne Ecclesiastica bona ad se rapiendo & sacris dicata in privatos usus convertendo grandi sacrilegio se obstringat. Vultur ex altari carnes & carbones surreptas nido inferens & nidum & pullos exussit: sic Harpiæ & vultures isti, qvi bona Ecclesiastica per vim rapiunt, eadem non commodo sed exitio sibi fore experientur.* Sed de his in præsenti de Simonia dissertatione pluribus agere constituimus. Qvam nos materiam rudi penicillo adumbratam hoc ipso solenni tempore proponere seculari qvasi disputatione voluimus, ut qvæ facies Ecclesiæ fuerit ante reformationem, & qvæ nunc sit diligenti cura expendamus, inprimis verò ut alios rerum usu valentes, qvi otio &

ingenio abundant, excitemus ad hanc ipsam materiam perfectius elaborandam & officiorum sacrorum candidatis modis accuratissimis inculcandam. *Adsit DEUS cœpto!*

§. 1.

DIfficilem de Simonia materiem tractaturi à definitione ordiemur & post ad nobiliores ejus conclusiones pedem promovebimus.

§. 2.

Dicitur Simonia à Simone Mago, de qvo Lucas in Actis cap. IIX, 18. seqq. memorat, qvod *conspiciens per impositionem manuum Apostolorum dari Spiritum Sanctum, obtulerit eis pecunias, dicens, date etiam mihi potestatem istam, ut cuicunqve imposuero manus, recipiat Spiritum Sanctum.* Ad qvem Petrus: *Pecunia tua tecum pereat, qvi donum DEI existimasti pecuniis acqviri.* Nempe volebat Simon gratiam Spiritus Sancti extraordinariam pecunia emere, ut non tantum indignus ipse ea potiretur, verum etiam

aliis

aliis qvibus vellet, licet indignis eam conferret qvæstus & lucri causa. Sed repressit eum Petrus vindictam divinam ei non tam imprecando, qvam denunciando, respiciensq; non tam personam qvam *factum*, dum ipsam qvoqve pecuniam, qvippe ad tam impios usus oblatam, sceleris qvædam contagione infectam esse significat. Cæterum ab hac Simonis contagione puri non sunt, qvi dona ordinaria à DEO hominibus ad Ecclesiæ ædificationem collata pecuniis emunt venduntq;. Qvanqvam enim dona Spiritus Sancti extraordinaria pecuniis acqvirere non intendant, æqvè tamen eos qvi ordinarium ministerii sacri donum pecuniæ interventu ambiunt, qvam ipsum Simonem fulminis Apostolici generalis severitas prosternit: *Pecunia tua tecum pereat, qvi donum DEI existimasti pecuniis acqviri.* Qvotqvot ergò pecuniis acqvirerere intendunt dona DEI sive ea sint ordi-

naria sive extraordinaria, Simoniæ reatum contraxisse rectè dicuntur.

§. 3.

Ut autem res tota in clariori luce collocetur, notandum Simoniæ vocem accipi vel latè vel strictè. Latè Simonia importat qvamlibet rem turpem factam occasione rei spiritualis Bonacin. de Simon. Disp. I. Q. 1. §. 1. sub fin. Qvomodo qvi ad sacrum officium beneficiumq; consangvineum promovet, tantum qvia est consangvineus, ut ex præbenda Ecclesiastica ipsi provideat, Simoniacus dici potest, qvia occasione officii spiritualis rem turpem admittit, pietatem violat, carnem & sangvinem seqvitur, & indigno officium propter carnis affectum committit. Idem dici de eo potest, cui prima potiorq; de carnalibus & fortunæ bonis, v. g. de matrimonio, divitiis cura est, ut sic viam ad officium sacrum sibi sternat muniatq;. Hi & similes, qvotqvot qvomodocunqve obliqvè se insinuant, & malis artibus

artibus ad Ecclesiæ regimen adspirant, Simonis sunt imitatores, & Simoniæ latè sic dictæ notam effugere neqveunt. Strictè sic dicta Simonia vel accipitur sensu Biblico vel sensu Ecclesiastico. Sensu Biblico Simonia est impia donorum Spiritus Sancti sive extraordinariorum sive ordinariorum nundinatio. Sensu Ecclesiastico vocis Simoniæ potestas nonnihil ampliatur, dum etiam ad dona ab initio Ecclesiæ ab hominibus ad alendos ministros oblata extenditur. Adeoq; stilo Ecclesiæ & illi Simoniaci criminis affines & rei sunt, qvi emunt venduntq; dignitates, qvibus uberes proventus sunt annexi, nomen præferentes sacrum, adeoq; reditus ipsos DEO sacrisq; officiis consecratos illicito & sacrilego ausu ad se transferunt. Atqve hoc sensu, Ecclesiastico nempe, Simonia nobis considerandæ venit. Cujus fundamentum est in Biblico sensu. Nam & dona Ecclesiæ ab hominibus ad alendos ministros oblata pro ipsius DEI

donis habenda. DEO qvippe sunt consecrata, & cum Ecclesia qvodammodo inseparabiliter connexa. Adeoq; idem juris est de accessorio qvod de principali. De Canonistis, qvibus alia est Simonia de jure divino ut circa ordinem & Sacramenta, alia de Jure positivo ut circa beneficialia, vid. Hunn. Colleg. crim. Disp. XIV. th. 37.

§. 4.

Simonia est, cum traditur vel accipitur temporale pro Spirituali tanqvam pretium. Vel: Simonia est rei spiritualis vel spirituali annexæ cum aliqvo temporali facta commutatio. Sunt qvi Simoniam rei spiritualis vel ejus, qvod ipsi annexum est, emtione & venditione definiunt. Qvi tamen ipsi simul intelligunt omnem contractum onerosum, qvo res spiritualis cum re aliqva pretio æstimabili commutatur. Nam & qvi pro accepta pecunia renunciat Ecclesiasticis beneficiis, aut lucri causa permutat, aut alio modo transi-

git,

git, ut rem facit, Simoniæ fit reus. Decianus tract. crim. lib. V. c. 65. sic definit: Simonia est datio vel conventio sive intentio *dandi* vel *faciendi* vel *dicendi* aliqvid temporale pro spiritualibus vel illis annexis. Ubi notandum, ad Simoniæ peccatum non reqviri formalem & directam intentionem dandi temporale pro spirituali, sed sufficere virtualem & interpretativam, qvæ adest, cum tradens temporale pro spirituali non ducitur alio motivo seu titulo honesto, qvalis est laboris, debitæ sustentationis &c. Dum enim titulum honestum non habet, videtur commutare rem temporalem cum spirituali, illamq; dare in apprætiationem rei spiritualis. Hinc, qvi promittit pecuniam animo non emendi, sed decipiendi atqve sic beneficium recipiendi, moraliter loqvendo reus est Simoniæ propter intentionem virtualem & interpretativam. Addeqvod cooperatur Simoniæ alterius: cooperans autem peccato alterius,

rius, reus est illius peccati, cui cooperatur.

§. 5.

Forma Simoniæ consistit in commutatione rei spiritualis cum temporali. Nempe, qvisqvis exigit, dat, sperat, accipit, promittit pro spirituali temporale tanqvam pretium, Simoniacus est. Qvomodo Simoniam committit, qvi lucrum intendit pro beneficii collatione, qvocunqve modo id fiat, sive præsentaria numeretur pecunia, sive in debitorem suum conferat beneficium cum pacto, ut solvat, sive beneficium conferat sub conditione pecuniæ sibi mutuandæ aut indulgendi moratorii, aut anticipandæ solutionis, sive beneficium alteri conferat cum pacto, ut remittat debitum sive alienum (v. g. Ecclesiæ) sive proprium &c. Sic enim beneficium non traditur gratis, sed ex pacto oneroso. Pariter Simoniæ labem contrahit, qvi promittit debiti talis remissionem, vel certam pensionem pro præsen-

præsentatione & beneficii collatione, vel non exactionem decimarum, aut remissionem certæ partis redituum vel præbendæ &c. Neqve illi tantum, qvi pecuniæ interventu ministerium sacrum ambiunt & beneficia Ecclesiastica sive præbendas acqvirunt, verum etiam ii, qvi qvovis alio pretio sive munere ad officia & beneficia Ecclesiastica affectant viam, Simoniacæ pravitatis rei constituuntur, ut nunc dicetur.

§. 6.

Explicandum enim, qvid in materia Simoniæ per pretium intelligatur. Breviter, per pretium intelliguntur omnes res pretio æstimabiles, sive sint manus, sive obseqvii, sive lingvæ munera, sive dando, sive faciendo, sive dicendo absolvantur. *Sunt nonnulli* (verba sunt Gregorii Papæ ap. Gratian II. part. decret. caus. 1. qvæst. 1. c. 114. de multiplici genere Simoniacorum) *qvi qvidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen sacros ordines pro humana*

gratia largiuntur, & de largitate eadem laudis solummodo retributionem quærunt. Hi nimirum, quod gratis acceptum est, gratis non tribuunt: quia de impenso officio sanctitatis, nummum expetunt favoris. Unde benè, cum justum virum describeret Propheta ait: qui excutit manus suas ab omni munere. Neq; enim dicit, qui excutit manus suas à munere, sed adjunxit, ab omni, quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus qvippe ab obsequio est subjectio indebitè impensa. Munus à manu pecunia est. Munus à lingua favor. Qvi ergò sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, qvando in divinis rebus non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non reqvirit. Hæc ille. Et de pecunia qvidem res manifesta est. Intelligitur autem per pecuniam, qvicqvid ab hominibus possidetur. Porrò obsequium hominis ad aliqvam utilitatem ordinatum potest pretio æstimari. Qvippe pecuniaria mercede ministri conducuntur.

cuntur. Deniqve munus à lingva ſub pretium qvoqve cadit. Nam & ipſa laus pertinens ad favorem humanum, & preces, ex qvibus acqviritur favor humanus vel contrarium evitatur, res ſunt pretio æſtimabiles.

§. 7.

Objectum Simoniæ eſt res ſpiritualis vel id qvod ſpirituali annexum eſt. Hoc Caſuiſtæ latius explicant. Rem ſpiritualem dicunt intelligendam de dono ſupernaturali ſive tale ſit eſſentialiter ut gratia ſanctificans, dona Spiritus Sancti &c. ſive cauſaliter ut ſacramenta & officia Eccleſiaſtica &c. ſive effectivè, qvod ſcilicet habeat rationem effectus ad prædicta dona ſupernaturalia, qvalia ſunt actus ipſi gratiarum, ordinationum & officiorum Eccleſiaſticorum. Particulam (ſpirituali annexum) intelligunt de annexis ſpirituali cauſaliter, nempe ſacramentis & officiis Eccleſiaſticis, idq; vel antecedenter, qvalia ſunt vaſa ſacra, ornamenta, ali-

aq; ne-

aq; necessaria ex institutione Ecclesiæ ad rectam Sacramentorum administrationem: itemq; jus patronatus, præsentationes, electiones, collationes aliaq; id genus, qvæ ad beneficia Ecclesiastica ordinantur: vel concomitanter, ut labor, qvi in Sacramentorum administratione, vel in officiorum Ecclesiasticorum usu suscipitur: vel consequenter, ut sunt beneficia Ecclesiastica, qvæ supponunt officium divinum, cui annectuntur. Hæc illi. Brevius dici potest, rem spiritualem aliam per se talem, cujus modi est officium sive ministerium Ecclesiasticum, exhibens & applicans dona nobis à DEO data, v. g remissionem peccatorum, gratiam DEI, Spiritum Sanctum &c. aliam propter aliud, ut sunt præbendæ & beneficia Ecclesiastica, qvæ sacro officio annexa & ab initio ad alendos Ecclesiæ Ministros, Ecclesiæ ab hominibus oblata.

§ 8.

Dico, ab hominibus oblata. Qvo ipso

ipso tamen non excluditur divinum mandatum de alendis Ecclesiæ Ministris, sed includitur potius. Bona qvippe Ecclesiastica originis divinæ sunt, ut patet ex Lev. XXVII. 14 16. 21. Numer. XIIX. 31. Deut. XXVI. 13. Ezech. XLIV. 28 Nehem. XII. 44. Malach. III. 10. Josephi Antiqvit. Jud. lib. IV. cap. IV. hæc habet: *Moses posteaqvam Leviticam tribum divino cultui dicatam immunem à militia feciſſet, ne forte in parandis ad vitam neceſſariis occupati, negligentius ſacra tractarent, mandavit, ut poſt armis ac DEI favore qvæſitam Canaæam ex opidis ejus qvadraginta octo bona & pulchra Levitis diſtribuerentur, cum agro mœnibus earum contiguo duûm millium cubitorum & inſuper à toto populo decimas annui fructus exegit Levitis ſimul ac Sacerdotibus conferendas. Atqve hi poſthac ejus tribus ſolennes reditus fuere. Nunc dicendum, qvæ ſint Sacerdotum propria. Ex qvadraginta octo opidis juſſit, ut Levitæ concederent eis tredecim, & decimarum à populo qvotannis acceptarum*

ceptarum decimas penderent: præterea ut populus DEO primitias omnium fructuum è terra provenientium offerret, & ex quadrupedibus, quæ mactare fas est, primogenitum, si masculum fuerit, sacrificandum Sacerdotibus adducat. Ut eo cum familia vescantur in urbe sacra, pro eis verò, quibus patria lex vesci vetat, Dominus fœtus siclum cum dimidio dependat, pro homine vero primogenito quinque siclos, deberi eis etiam primitias tonsuræ ovium, & qui panes coquant, liba aliquot eis præbere. Qui verò ex voto se consecrant, Nazaræi dicti capillum alentes & vinum non gustantes, cum capillum consecrant, victimas eorum Sacerdotibus cedere. Item, qui Corban seipsos nominant, hoc est DEI donum, si velint à ministerio, ad quod se ultro obtulerunt, dimitti, Sacerdotibus pecuniam numerare, mulierem triginta siclos, virum quinquaginta. Qui verò tantum pecuniæ non habuerint, hos Sacerdotum arbitrio delinquendos. &c. Adde, quæ ex sacrificiis accipiebant Sacerdotes. De quibus agit Joseph. lib. III. cap. X. Audiri

§. 9.

Audiri hic meretur Philo, cujus lib. de præmiis Sacerdotum hæc sunt verba: *Sacerdotibus nullam agri partem lex attribuit, unde more cæterorum in usum vitæ fructus terræ colligant: sed honoris causa DEUM ipsum fore sortem ac possessionem eorum pronunciat, adres offerri DEO solitas respiciens, idq; duabus de causis. Primò, quia summus honor est, participes fieri eorum, quæ DEO sacrantur à gratis hominibus: deinde, ut circa solum DEI cultum occuparentur, ceu curam & possessionem propriam. Huic accedunt & alij honores, virtutis ergò illis habiti, & ante omnia cibus absque ipsorum cura laboreq; paratus. Præcipit enim Lex, ut quotiescunque panis à pistoribus fermentatur ac subigitur, totius primitiæ separentur in usum Sacerdotum: atque hoc pacto etiam offerentium pietati prospicitur. Dum enim assvescunt semper alimenti partem DEO decidere, nunquam in ejus oblivionem veniunt, quâ re nihil in vitâ potest contingere felicius homini. Cum autem*

tem hæc gens plurimum abundet numero virorum, necesse est primitias afferre magnam copiam, ut nemo Sacerdos tam pauper sit, quin dives videatur, sed & è reliquis proventibus imperantur primitiæ. Vinum in singula prœla, triticum hordeumq; in singulas areas. Similiter ex olivetis oleum, cæteriq; mites fructus ex arboribus, ne contenti necessariis sustentent vitam durius, aut delicatiori victu careant, sed hilarius mensis fruantur cum munditie. Tertium prœmium sunt, primogenita mascula, ex omni genere terrestrium, quæ in usum hominum veniunt. Nam hæc jure divino debentur Sacerdotibus: ex armentis boum & ovium caprarumq; gregibus ipsi juvenci, hirci & arietes, quippe cibo puri ac sacrificio: pro Equis verò, Asinis, Camelis, & similibus æstimationis non iniquæ pretium. Est autem hic quoque proventus maximus, nam vetere gentis hujus instituto pascuntur multi greges armentaq; omnis generis animalium. Hic Lex non contenta primitiis omnium proventuum, alias insuper exigit animarum

atque

atqve corporum: nam liberi sunt parentum partes separabiles: imò (si verum fateamur) inseparabiles, propter communem sanguinem & latentem qvandam generis rationem demanantem à majoribus, nativâ benevolentiâ conjungente affectûs mutuos. Attamen & horum exiguntur primogenitæ primitiarum nomine, ut appareat gratam esse fœcunditatem vel præsentem, vel qvæ speretur imposterum: id qvod cedit in laudem conjugij, sacrari primum ejus fructum, simulq; conjuges admonet temperantiæ, curæ domesticæ atqve concordiæ, ut mutuo consensu in veram firmamq; societatem conveniant. Cæterum ne filij primogeniti sacratiq; disjungantur à Parentibus, redimuntur certâ pecuniâ, tantidem pauper ac dives, nullo respectu vel dignitatis offerentium, vel recensnatorum habitudinis, modo ne qvis qvantumvis pauper gravetur. Qvoniam enim liberi tam humilibus de plebe viris contingunt qvàm clarissimis proceribus, oblationem parem debere fieri judicavit, facultatum, (ut dixi) potissimum ratione habitâ,

Alios

Alios insuper non mediocres reditus jura Sacerdotibus tribuunt, dum à singulis exiguntur decimæ frumenti, Vini, Olei, fœturæ pecuidum ex armentis & gregibus: quanta verò hinc quoque proveniat copia, licet ex numerosissimæ gentis frequentiâ conjecturam sumere. Ex his rebus liquet juxta legis judicium Sacerdotes æquiparari honore ac majestate regibus; Siquidem illis tanquam principibus conferri tributa imperat, id quod fit longè aliter, quam in cæteris Civitatibus sub Dynastis degentibus, nam hæ gementes & coactæ vix tandem conferunt, perosæ quæstores ceu pestem publicam, nunc has nunc illas causationes fingendo, ne ad præstitutum tempus tributa repræsentant. At hæc gens Sacerdotibus debitam pecuniam libens gaudensq; depromit, quasi non daret sed acciperet, addens faustas ominationes & gratiarum actiones populariter, idq; quotannis nec viris cessantibus nec mulieribus, sed alacritate spontaneâ, quanta nullis verbis exprimi potest, conferentibus. Et hæc quidem contribuuntur ex privatis possessionibus.

nibus. Nec desunt etiam alij reditus ex victimis, digni Sacerdotibus: Nam de qualibet mactata pecude lex jubet duas certas partes eis decidi, armum dextrum & pectoris pinguedinem: quarum altera significat, requiri in eis fortitudinem in omni actione legitimâ, sive dandum sive capiendum, sive operandum sit quippiam: altera verò animum placatum & alienum ab irâ postulat. Hunc enim ajunt habitare in pectore, ubi natura collocavit vim irritabilem, ceu militem in præsidio, munito videlicet compage ossium firmissimâ, nervis adstricta validis. De pecudibus autem, quæ aliàs mactantur causa visceralionis, tria suo jure Sacerdos accipit, armum, maxillam & quod omentum dicitur. Armum eâ ratione, quam modo diximus. Maxillas verò, ut capitis, quod inter membra præeminet, sermonisq; primitias. Nam hic promanare non potest nisi maxillis commotis, unde σιαγόνας ἀπὸ τῆς σάλευσις, h.e. ab hujusmodi commotione Græci has nominant. Nam iis plectro lingvæ

gvæ percussis, omnia vocis instrumenta consonant. Omentum verò ventris est protuberatio: venter porrò nil aliud qvam præsepe brutæ concupiscentiæ, qvi potationibus rigatur & ingluvie, & inundatur aliis post alias cibi potusq; delitiis, suis more gaudens in cœni volutabro degere. Proinde locus excrementis dicatus, convenientissimus est illi turpi & intemperanti pecudi. Adversatur autem ei Temperantia, qvam exerceri & labore studioq; confirmari decet modis omnibus, ut bonum maximum ac perfectissimum, privatim & publicè utile. Qvocirca gulosa Concupiscentia cum sit impura profanaq; merito extra Virtutis fines exulat. Temperantia verò pura Virtus & immaculata, cibi potusq; negligens, ut contemptrix voluptatum ad ventrem pertinentium, ad sacrum altare admittitur: aufertq; illam ventris protuberantiam, qvo magis admonentur despicere gulam insatiabilem, & qvicqvid accendit hanc Concupiscentiam. Qvin & holocautomatum, qvorum vix iniri potest numerus, tergora cedunt sacrificis, unde

qvæstu

quæstus cum primis opimus percipitur. Satis igitur apparet, quamvis tribus destinata divino cultui exors agrorum sit, alia tamen ratione prospectum ei honorificentius, ut sine labore suo vivat è primitiis & oblationibus. Sed ne quis è conferentibus exprobret accipienti suum beneficium, jubentur prius in templum deferre munera, ut tum demum inde sacerdotes desumant. Decebat enim pro divinis beneficiis largissimis aliquam ex rebus victui necessariis delibari gratiam: autorem vero eorum, cum ipse nulla egeat, ista largiri templi ministris & sacrorum curatoribus. Nam quisquis non ab hominibus, sed à DEO nunquam non in omnes benefico munus accipit, salvo pudore accipit. Itaq; tot præmiis decretis sacerdotum ordini, si quis eorum eget honeste vivens sine discrimine, vel tacitus nobis legum contemptum opprobrat. Nam si earum jussis pareremus, & oblationes debitas in quem oportet usum verteremus, haberent illi non solum victum necessari-

um, verum etiam cætera delicatioris vitæ subsidia. Sicutè diverso victus Sacerdotum lautior, argumentum evidens esse potest Pietatis publicæ, & legum semper servandarum summa diligentia. Verum quorundam injuria (nec enim tutum est id imputare omnibus) sacratis viris affert pauperiem etc.

§. 10.

DEI constitutionem Vetus concernentem Testamentum vidimus. Quæ ipsa ad Novum qvoqve Testamentum extenditur, qvatenus & in Novo Testamento sustentandi Ecclesiæ Ministros, hoc est, Pastores & Doctores, qvibus pauperes adde, obligatio Ecclesiæ incumbit. Disertè Christus: dignus est operarius mercede sua Matt. X. 10. Luc. X. 7. Qvam regulam ipse qvamvis omnium rerum Dominus esset, exemplo suo comprobavit Luc. IIX. 3. Sed inprimis memorabila Pauli verba sunt 1. Cor. IX. 13. 14. *Nescitis qvoniam qvi in sa-*

crario

trario operantur, qvæ de sacrario sunt, edunt? Et qvi altario deserviunt, cum altario participant? ITA & Dominus ordinavit his, qvi Evangelium annunciant, de Evangelio vivere. Et Gal. VI. 6. communicet is qvi catechizatur verbo ei qvi se catechizat in omnibus bonis. Ex his similibusqve locis conclusit Veneranda Antiqvitas, stipendia Ecclesiæ Pastoribus & Doctoribus deberi jure divino. Hieronymum & Chrysostomum audiamus. Ille ad verba Pauli 1. Cor. IX. Qvis militat propriis stipendiis, notat: *Aliis etiam exemplis, probat Paulus sibi DEBITUM hoc fuisse.* Et ad verba: Non scripsi hæc ut ita fiant in me, *Videtis*, inqvit, *me aliorum causa salutis DEBITA non minus qvàm licita contemsisse.* Communicet Gal. VI. sic explicat: *Sive obedientiam verbo & actibus imitationem, sive substantiam victus.* Hic Orat. XXXV. in Genesin, enarrans caput XIV. ubi ventum est ad decimas, qvam Abi-

melecho solvit Abraham, hæc subdit: *per hoc Doctor factus OMNIBUS ut declarantes gratitudinem, primitias eorum, quæ sibi à DEO conceduntur, offerant,* Homil. XXII. in prior. ad Corinth. hæc habet: *dicens Paulus cum altari participant, non docet eam, quæ ex æquo fit, distributionem, sed id, quod EX DEBITO datur eis solatium. Et post comparans Sacerdotes V.T. cum Apostolis, horum LONGE MAIORA fuisse docet. Nam illis quidem honor erat Sacerdotium: hic autem pericula, mactationes, cædes. Quam obrem aliis omnibus exemplis erat multo majus dicere, si nos vobis Spiritualia seminavimus. Nam, quando dixit, seminavimus, ostendit tempestates pericula & insidias & mala ineffabilia, quæ sustinebant ii, qui prædicabant. Sed tamen etiamsi tanta esset excellentia, noluit neq; quæ erant V.T. deprimere neq; sua extollere. Sed sua extollit non ex periculis sed ex doni magnitudine, ostendens excellentiam: non*

enim

enim dixit, si pericula adiimus, neq; si structæ sunt nobis insidiæ, sed si nos vobis Spiritualia seminavimus. Et quæ sunt Sacerdotum, quoad ejus fieri potest extollit dicens: Qui sacra operantur, & qui altari assident, perpetuam eorum servitutem & tolerantiam volens ostendere. Et cum dixisset, Sacerdotes qui sunt apud Judæos, & Levitas & Pontifices, utrosq; ostendit ordines & qui sunt inferiores & qui sunt superiores. Hos quidem dicendo, qui sacra operantur: Illos autem, dicendo, qui assident altari. Non enim erat omnibus mandatum unum opus: sed aliis quidem remissiora, aliis vero altiora sunt commissa. Cum hos ergo omnes esset complexus, ne quisquam diceret: Cur nobis meministi Veteris Testamenti? Nescis, quod perfectorum mandatorum sit nobis tempus? Post illa omnia posuit id, quod est OMNIBUS FORTIUS, dicens: Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere. Idem in cap. VI. Gal. Communices

nicet etc. *Hoc est: omnem illis exhibeat liberalitatem. Hoc enim innuens dicebat,* IN OMNIBUS BONIS. *Nihil, inquit, discipuli proprium est, sed omnia communia, quippe qui majora quàm dat accepit, atq; hoc majora, quo præstabiliora sunt cœlestia terrenis. Quod & alibi significans, ait: si nos vobis spiritualia seminavimus magnum est, si nos vestra carnalia metamus. Eoq; negotium hoc appellat* COMMUNICATIONEM, *indicans fieri* REPENSATIONEM. Similia habet in hunc locum Theophylactus: *de præceptoribus disserit, qui sub eis Catechumeni fuerunt effecti & instituti. Illos faciant non unis in rebus, sed in omnibus eorum fortunæ bonis participes, victum scilicet, vestem, honores, benevolentiam & bona reliqua illis impertiantur. Utpote qui longè majora accipiant, quàmipsi contulerint. Quandoquidem demetunt pro carnalibus spiritualia. Eoq; & communicationem appellat, ut quam retributio sequatur & præmium.* Idem adverba Apostoli 1. Tim.

Tim. V 18. *Qvi bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qvi laborant in verbo & doctrina* etc. sic scribit: *Qvales hi sint qvi bene præsunt, Dominus edocet inqviens: Bonus Pastor animam suam ponit pro ovibus, videlicet, nemini parcens, ut oves curet. Honorem autem dicit, ut ex seqventibus patet, qvæ in vitæ alimoniã conferuntur. Oportet enim abundẽt, qvi alios instruunt, his rebus, qvæ hominũ vitæ sunt necessaria. Ne horũ cura distracti prædicãdi munus omittãt. Sic en. & olim Levitæ degebãt.* Hæc Theophylactus

II. §

Originem bonorum Ecclesiasticorum expendimus. Seqvitur ut eorum materiam, ex qva constant, evolvamus. Primis Ecclesiæ Novi Testamenti seculis bona Ecclesiastica oblationibus populi fidelis absolvebantur. Videns enim Ecclesia eas piorum veteris Testamenti subnixas exemplis, noluit suo hac in parte officio deesse. Act. IV. 34. 1. Cor XVI. 1 2. Justinus Mart.

Martyr Apol. 2. Qvi, inqvit, *copiosiores sunt & volunt, pro arbitrio quisq; suo, quod visum est, contribuunt, & quod ità colligitur apud præpositum deponitur. Ipse inde opitulatur pupillis, viduis, egenis.* Tertullian. Apolog. adverſ. Gent. cap. XXIX. arcæ meminit, in qvam ſingulis menſibus depoſitum fuit, qvicqvid à fidelibus offerebatur. *Præſident*, inqvit, *probati qviq; ſeniores honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti, neq; enim pretio ulla res DEI conſtat. Etiam ſi qvod arcæ genus eſt, non de ordinaria ſumma quaſi redemtæ Religionis congregatur: modicam unus qvisq; ſtipem menſtrua die vel qvam velit & ſi modo velit & poſſit, apponit; nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. Hæc qvaſi depoſita pietatis ſunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis ventrinis diſpenſantur, ſed egenis alendis humandisq; & pueris ac puellis re ac parentibus deſtitutis, jamq; domeſticis ſenibus, item naufragis*

naufragis & si qui in insulis vel in custodiis ex causâ DEI sectæ, alumni confessionis suæ sunt. Hoc est paraphraste Zephyro: Ne tumultuarius quidam cœtus is esse credatur, præsunt omnibus, qvi à Græcis presbyteri, à nostris Seniores dicuntur. Non omnes sed qui communi omnium testimonio probantur, nullo ambitu intercedente. Nihil enim sacrum apud nos pretio comparatur delegaturve, minimè de pecuniaria re solicitos. Si qvid tamen inarcula nostra nummorum tenetur ex collatione singulo qvoq; mense collectarum, non qvod onus hoc & tributum qvasi pro adepta vera Religione imponatur (quando enim qvisq; velit aut possit, confert) qvicqvid id est non in palati gratiam, sed totum in Pietatis officium erogatur. Sepeliuntur alunturve pauperes, pupilli, imbecilles, senes, naufragi & qvi profitentur Christum in insulis, aut in fodiendo metalla aut in carceribus macerantur tanqvam veræ fidei alumni etc. Neqve tamen

in solos hæc pauperes & miserabiles personas distribuebantur, sed partem eorum pro necessaria sustentatione sibi vendicabat ptesbyterium. Ejus rei testem omni exceptione majorem laudamus Cyprianum qvi lib. IV. Epist. 5. Celerinum & Aurelium Ecclesiæ his verbis commendat: *Cæterum presbyterii honorem designasse nos illis jam scitis, ut & sportulis iisdem cum presbyteris honorentur & divisiones mensurnas æqvatis qvantitatibus partiantur.* Lectu digna sunt, qvæ Pamelius ad Epist. LXVI. qvæ est lib. 1. epist. 5. notavit. Mentionem ibi facit Cyprianus sportulantium Fratrum. *Alludit ad illud Apostoli: qvi bene præsunt presbyteri duplici honore digni sunt. Nam honorem de subsidio victus interpretantur veteres, phrasi scripturæ usitata in illo præcepto, Honom Patrem & Matrem. Sportulæ autem sive sportula dicebatur Romanis distributio pecuniaria sive obsonium, quod pauperculis clientibus & salu-*

lutatoribus dabatur à divitibus, aut populo à principibus. Ad quam alludit Tertull. lib. 3. contr. Marcion. his verbis: Ut sportulam furunculus captavit. Sportulæ etiam hodie nuncupantur, quæ judicibus dari solent, de quibus & titulus juris in cod. de sportulis & sumtu in diversis judiciis faciendis. Usurpat igitur eam vocem Cyprianus pro certo vitæ stipendio, quod singulis Clericis per menses aut dies singulos ab Episcopis distribuebatur. Idque ex quarta bonorum Ecclesiæ parte. Duplicem olim fuisse sportulantium fratrum sive Clericorum ordinem, quorum quidã communem agebant vitam, alii separatim degebant testis est August. sermon. duob. de communi vita clericorum & Prosper de vit. contem. cap. 2. 9. seqq. Quorum illi communi mensa ab Episcopo sustentabantur: his vero pro meritis singulorum certa nummorum quantitas, aliis major aliis minor distribuebatur. Inter quos certas sportulas presbyteris datas ampl us quam diaconis

insinuat Epist. 34. Cyprianus. Hæc Pamelius. Unum adhuc notandum, oblationes hasce potissimum olim in Missa factas esse. Unde & altaris oblationem vocat Hieronymus Ep. 11. *Altari serviens altaris oblatione sustentor.* Occasione enim panis & vini in Eucharistia usurpandorum, non panem tantum & vinum, sed alia qvoq; fideles offerebant ad pauperum & ministrorum sustentationem. Qvam consvetudinem decreto confirmare conati sunt patres Concilii Matisconensis 11 can. 4. *decernimus ut omnibus diebus dominicis altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur*, etc. Hodie talium oblationum vicem supplet id qvod sub concionem colligitur, qvodqve nonnullibi in ipso offertur altari, statis anni temporibus in solennitatibus festorum, nuptiarum etc.

§. 12.

Oblationibus succedant decimæ.

In

In V. T. plura erant decimarum genera : decimæ Levitarum, decimæ decimarum sive Sacerdotum, decimæ tertii cujusqve anni sive pauperum, & decimæ sanctitatum, sive epuli sacri II. Chron XXXI. 6. Deut. XII. 6. 7. 11. 17. seq. XIV. 23. seqq. Hæ decimæ juris divini sunt. Græci & Romani decimas imperabant fructuum populis tributariis & subditis, sicut ex Orat. Ciceronis pro Leg. Manilia patet & Laertio, qvi in Solone, *Pisistratum*, ait, *occupata tyrannide sic ad Solonem scripsisse. Athenienſium ſinguli decimas frugum ſuarum ſeparant, non in uſus noſtros conſumendas, verum ſacrificiis publicis, commodisq; communibus & ſi quãdo contra nos bellum ingruerit, in ſumtus deputãdos.* Dionyſ. Halicarniſſ. lib. 1. Pelaſgos refert pro ſua ſoſpitate conſveviſſe decimas diis vovere & offerre. Decimæ Herculis Plautus in Rudente & Varro de ling. Lat. lib. 4. meminit. Vide Tertull. Apolog. cap. 14.

& 39. Justin lib. 18 & 21. Livius decad. 5. lib. 5. Camillum Dictatorem pergentem ad delendam urbem Vejos decimam partem prædæ voviſſe Apollini memorat. Ad Chriſtianos veniamus, apud qvos ſolutio decimarum antiqva conſvetudine recepta fuit. Chryſoſtomi verba §. 9. adduximus Lubet hic, qvæ de primitiis habet Origenes Homil. XI. in lib. Num. adjicere. Ea vero ſic habent: *Primitias omnium frugum, omniumq; pecudum Sacerdotibus Lex mandat offerri, ita ut omnis, qui poſſidet agrum vel vineam vel olivetum, vel etiam hortum & ſi quid eſt, quod exercetur in terris: ſed etſi quis peculia cujuscunq; pecoris nutriat, offerat ex iis DEO omne, quod primum eſt, id eſt, ad Sacerdotes deferat. DEO enim offerri dicitur, quod Sacerdotibus datur. Et hoc eſt, qvod docemur ex lege: qvia nemo licitè vel legitimè utatur fructibus, quos terra produxit, nec animantibus, quæ pecudum protulit parens, niſi*

ex

ex singulis qvibusq; DEO, hoc est, Sacerdotibus primitiæ offerantur. Hanc ergo legem observari etiam secundum literam sicut & alia nonnulla necessarium puto. Sunt enim aliqvanta Legis mandata, qvæ etiam Novi Testamenti discipuli necessaria observatione custodiunt. Et post de mandato primitiarum & decimarum hæc subnectit: *Decet & utile est etiam, Sacerdotibus evangelii offerre primitias. E contrario indecens & indignum existimo & impium, ut is qui DEUM colit & ingreditur Ecclesiam DEI, qui scit sacerdotes & ministros adsistere altari, & aut verbo DEI aut ministerio Ecclesiæ deservire, ut de fructibus terræ qvos dat DEUS, solem suum producendo & pluvias suas ministrando, non offerat primitias Sacerdotibus. Non mihi videtur hujusmodi anima habere memoriam DEI, nec cogitare nec credere quia DEUS dederit fructus, qvos cepit, qvos ita recondit qvasi alienos à DEO, si enim à DEO sibi datos crederet, sciret*

utiq;

utiq; munerando Sacerdotes honorare DEUM de datis & muneribus suis etc. Hæc Origenes. Hieronymus Ep. 11. *Quasi Levita*, inqvit, *& Sacerdos ex decimis & oblationibus vivo.* Et in Malach. cap. III. *Qvod de decimis & primitiis diximus, quæ olim dabantur à populo Sacerdotibus ac Levitis, in Ecclesiæ qvoq; populis intelligite quibus præceptum est, non solum decimas dare & primitias, sed vendere omnia, qvæ habent & dare pauperibus & sequi Salvatorem.* Et in Matth. cap. XXII. DEO, qvæ DEI sunt, reddenda docet & inter hæc ponit decimas. Non hic allegabimus, qvæ constit. Clement. lib. II. cap. 25. 35. de decimis & primitiis sanciuntur. Concil. Malisconense II. cap. V. sic statuit: *Leges divinæ consulentes Sacerdotibus ac ministris Ecclesiarum pro hæreditaria portione, omni populo præceperunt, decimas fructuum suorum locis sacris præstare, ut nullo labore impeditiores legitimè spiritualibus possint*

sint vacare ministeriis, quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodivit intemeratas. Nunc autem paulatim prævaricatores Legum penè Christiani omnes ostenduntur, dum ea, quæ divinitus sancita sunt, adimplere negligunt. Unde statuimus ac decernimus, ut mos antiquus à fidelibus reparetur & decimas Ecclesiasticis famulantibus ceremoniis populus omnis inferat, quas Sacerdotes aut in pauperum usum aut captivorum redemtionem prærogantes, suis orationibus pacem populo ac salutem impetrent. Si quis autem contumax nostris statutis saluberrimis fuerit, à membris Ecclesiæ omni tempore separetur. Concil. Triburiense ex August. serm. 219. de temp. hæc decernit cap. XIII. De decimis Augustinus doctor mirabilis sub brevi ratiuncula satis videtur dilucidasse, cum ait: Decimæ ex debito requiruntur. Quod si diceret DEUS, nempe meus es ô homo, mea est terra, quam colis, mea semina quæ spargis, mea animalia, quæ fatigas,

fatigas, meus est solis ardor: & cum omnia mea sint, tu, qui minus accommodas, solam decimam merebaris, sed servo tibi novem. Da mihi decimam, si non dederis decimam, auferam novem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo novem. Si ergo quærit aliquis, cur decimæ dentur, sciat, quod ideo dandæ sunt, ut hac devotione DEUS largius præstet, quæ necessaria sunt: & ut ministri Ecclesiæ exinde relevati liberiores fiant ad spiritualis servitii expletionem: & ut munus populi exhinc in quotidiana oblatione domino immoletur: nec non secundum statuta canonum in sustentationem pauperum & restaurationem Ecclesiarum proficiant. Aure. Conc. I. cap. XVI. de decimis disponit. Rhenense I. cap. 38. vult, ut decimæ pleniter dentur. Adde Arelat. sub Carol. Mag. c. 9. Forojul. cap. 14. Turonens. III. cap 46. Cabilon. II. cap. 18 19. Meldense cap. 62. 75 Valentinum sub Lothar. Imp. cap. 10. Moguntin sub Arnulpho cap. 17. 22. Metense cap 2. Nanetense cap. 10. etc.

§. 13.

Tandem ad oblationes & decimas accessêre prædia & fundi, qvæ tria fundamenta sunt & materia bonorum Ecclesiasticorum. Initium prædiorum possidendorum Constantino Magno deberi videtur, qvi Cod. de sacro. Eccles. l. 1. *universalem tribuit licentiam, ut unusqvisqvè decedens bonorum, quod optavit, possit relinqvere.* Hinc villæ, agri aliaqve immobilia Ecclesiæ donata. Qvæ oblationes immobilium vocantur dotationes & fundationes beneficiorum. Ecclesia prima agros & prædia vendebat, arqi nummos inde redactos contribuebat Act. IV. 34. seqq. Qvæ consvetudo prima melior fuit posteriori. Immobilium enim administratio multas Episcopis peperit & Sacerdotibus curas seculares. De qva re olim conqvestus est Chrysostomus Hom. 68. in Matth. *Oportebat*, inqvit, *Ecclesiasticos agros & thesauros ab ipsis Laicis*

cia retineri & administrari, atq; in debitos usus ad alendos Christi ministros & pauperes distribui & erogari, ne Sacerdotes his occupati à suis spiritualibus ministeriis cessarent. Sed hac de re infra acturi sumus. Videatur Duaren. de sacris Eccles. minister. & benefic. cap 1. seqq. & inprimis cap. 3. ubi de origine vocis beneficii qvædam habet observanda. *Moris*, inqvit, *fuit veteribus prædia quædam ac possessiones militibus tribuere, ut hoc beneficio devincti animosiores ad Rempubl. tutandam redderentur. Illa prædia dicebantur beneficia, milites beneficiarii. Hunc morem qvi in rebus prophanis receptus erat, imitati sunt Ecclesiastici viri, & prædia possessionesq; ob ministerium Ecclesiæ singulis ministris adscriptas beneficia vocaverunt (quæ utinam beneficia pleriq; hodie non sint!) qvia hi reditus Ecclesiastici magnam cum illis militaribus prophanisq; beneficiis affinitatem habere credebantur etc. Apud veteres ministerii fere*

mentio

mentio fit, non autem proventus & stipendii alicujus. At postquam bonos non onus affectari cæpit & quæstus est habita ratio magis quàm muneris atq; officii, una cum moribus hominum mutata est loquendi ratio. Ut exempli gratia, solebant ita disputare antiquiores, ut qværerent, qvis Ecclesiæ ministrum ordinare & qvis ordinari deberet. Recentiorum verò quæstiones hæ sunt vulgo usitatæ, quis beneficium conferre, cui conferri possit etc. Quod igitur primarium ac præcipuum merito habebatur quondam, id nunc accessionis cujusdam locum vix obtinet: qua in re tanta est indignitas, ut eam dissimulare nemo bonus possit. Nam si Plinius suo tempore conquestus est, ex gemmis confici vasa, in quibus aurum accessio esset, cum gemmæ vasis aureis accedere soleant, quanto justior hac de re futura est bonorum virorum querela. Hæc Duarenus. Qvæ & in nostra qvadrant tempora. Qvid enim hodie usitatius est apud Ministerii Candidatos,

qvàm

qvàm qværere, an opimum sit Sacerdotium, Obs ein guter Dienst sey? Cum tamen de principali prior esse qvæstio deberet, qvàm de accessorio. Nempe prius qværi oportuit, an multæ animæ Christo lucrifieri possint. Hoc enim verè bonum ministerium est, hoc primo intendendum & exeqvendum. Cætera divinæ voluntati committuntor & in accessoriis sunto.

§. 14.

Redeamus ad Constantinum Magnum. Legem ejus audivimus, nec dubium esse potest, qvin & ipse pro sua erga Ecclesiam Pietate, legem laudabili praxi confirmaverit, atqve Ecclesiæ fundos & immobilia bona donaverit. Qvod cum dicimus, minime patrocinamur impudentiæ Papistarum, fingentium Constantinum multas ditiones Romano Papæ donasse. Altissimum ea de re silentium est in omnibus ævi prisci scriptoribus fide dignis, Eusebio, Socrate, Sozomeno,

zomeno, Theodoreto, Ruffino, aliis. Et manifestum est, in divisione Imperii Constantiniani filio Constanti cessisse eas urbes & provincias, qvarum factam donationem Papa prætendit, Romam, Italiam aliasqve. Melchiadis authoritas nulla est, cui ipse Covarruvias lib. IV. variar. resol. cap. XVI. num. 8. fidem omnem abrogat. Antecessit qvippe Sylvestrum, cui donata esse occidentalia contendunt Papistæ. Sed hæc mittamus. Ad liberalitatem veniamus Caroli Magni. Hunc enim certo constat plurimas provincias & urbes Ecclesiæ donasse. Consilio à carne potius & prudentia carnali, qvæ STATUS rationem peperit, qvam spiritu & germana pietate profecto, si Malmesio credimus, qvi de gest. Reg. Angl. lib. 5. *Carolus*, inqvit, *pro contundenda gentium quas divicerat ferocia omnes pene terras Ecclesiis contulerat, consilio sissimè perpendens, nolle sacri ordinis*

dinis homines tàm facilè qvàm laicis fidelitatem Domini rejicere. Præterea si Laici rebellarent illos posse excommunicationis authoritate & potentiæ severitate compescere .Cœterum longe aliter cecidit consilium Caroli Magni, qvam ipse putaverat. Nam post mortem Caroli, successores Cæsares, qvos tueri potentia sua debuissent, Episcopi flabellis Romani Pontificis accensi summis injuriis affecerunt, Imperiumq; , qvod antea Italiam qvoq; complectebatur, & ipsum Pontificem sibi subjectum habebat, sua erga Papam devotione angustioribus Germaniæ finibus includerunt, Papa interim non tantum ab omni Cæsarum jurisdictione se perfide eximente, verum etiam in tantum evecto, ut occasione Superioritatis Ecclesiasticæ, ad temporalia Episcopatuum & Abbatiarum regalia adiecerit manum. Qvæ confusio atqve commixtio Politiæ & Ecclesiæ teterrimos

fructus

fructus produxit, qvos hactenus ubertim Europa deguſtavit. Dividunt Papiſtæ bona Eccleſiaſtica in ſacra & temporalia. Perabſurdè judice Duareno, qvi malè ſic efferri dicit diviſionem bonorum Eccleſiaſticorum, ut qvædam divina ſacraqve ſint, qvædam humana & profana. Qvicqvid ſit, hæc ipſa diviſio ſatis oſtendit, luculentum eſſe diſcrimen inter Eccleſiæ bona propriè dicta, qvibus Eccleſia carere neqvit, qvæqve ob id ſingulari ſunt munita privilegio, & inter bona Eccleſiæ impropriè & abuſivè talia, puta dominia integrarum provinciarum, ducatuum, marchionatuum, urbium, opidorum, qvibus Eccleſia carere poteſt, qvibusqve natura ineſt qvalitas feudi, ſecundum qvam onera ſuſtinent ſecularia, ut de iis Cæſari ſit dandum, qvod eſt Cæſaris. Hic Lutheri judicium minimè ſilendum eſt, qvod Tom. II Germ. Jen. fol. 249. 250. extat: Solche Biſtumb/ Stiffte

und Capitell die Land und Städte und ander Güter unter sich haben/ sint weder Bisschöffe noch Stiffte: es seind in grund der Warheit Weltliche Herrn mit einen Geistlichen Namen/ darumb sol man sie Weltliche Herren machen. Qvin nupera Imperii pax bonam partem bonorum Ecclesiasticorum impropriatalium, qvæ qvidem Evangelici hactenus obtinuerunt, in omnimodam secularium feudorum naturam remigrare jussit. Meminisse tamen oportet eos, qvi hæc bona obtinuerunt, si DEI benedictionem, si conscientiam salvam velint, tantum Ecclesiæ relinqvendum esse, unde sustentari Ecclesię & Scholarum Ministri, foveri studia lingvarum & artium, ali deniq; pauperes vivæ DEI imagines qveant. *Omnia mihi licent, at non omnia expediunt*, inqvit Paulus I. Cor. VI. 12. X. 23.

§. 15.

Non erit præter rem, si nonnulla de dominio

dominio, usu & abusu bonorum Ecclesiasticorum propriè dictorum subnectamus. Dominium bonorum Ecclesiasticorum est penes Ecclesiam. Id enim vis vocis insinuat. Non enim tantum Ecclesiastica bona dicuntur, quod in Ecclesiæ usus & emolumentum sint convertenda, verum etiam eo quod horum bonorum dominium sit penes totam Ecclesiam. Bonifac. Pap. Decret. III. Volum. Conc. I. pag. 815. *Nulli liceat ignorare quod omne, quod Domino consecratur, sive fuerit homo, sive animal, sive ager, vel quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino, & ad jus pertinet Sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui quæ à Domino & Ecclesia,* Cui Competunt, *aufert, vastat, invadit vel eripit: & usque ad emendationem Ecclesiæq; satisfactionem ut sacrilegus judicetur; & si emendare noluerit, excommunicetur.* Vid. Concil. Par. I. lib. I. cap. XV. & außführliches Be-

dencken / apud Hortleder. de causis Bell. Ger. lib. V. cap. VII. art. I. Manifesta res est. Phil. Melancht. in Consil. Theol. part. I. pag. 625. *Cum omnes*, inqvit, *dicunt, redditus Ecclesiasticos esse bona Ecclesiæ, si ipsa Ecclesia Domina harum rerum interrogetur, an velit Pastores pios & doctos cum Conjugibus & liberis fame contabescere, aut Scholas deseri & deleri studia literarum, interim verò tanta agmina ignavorum & indoctorum saginari, qvid putamus responsuram esse? Primum certè diceret, filiis suis opitulandum esse, & verè filij Ecclesiæ sunt Pastores & Scholastici. Commonefaciet etiam Episcopos Collegia & Potestates de voce Christi, qvam sonabit in extremo judicio: Esurij & non cibatus sum.* &c. Vicem Ecclesiæ gerunt terrarum Principes, qvi maximam circa bona Ecclesiæ obtinent authoritatem, sed limitatam justitia & pietate, sicut infra dicetur. Cæterum administratio bonorum Ecclesiasticorum penes Episcopos esse debet

debet testante septima Synodo generali c. 12. *Præcipimus, ut in potestate suæ Episcopus res Ecclesiæ habeat. Si enim animæ hominum pretiosæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus indigentibus omnia dispensentur per Presbyteros & Diaconos, & cum timore omniq. solicitudine ministrentur. Ex iis autem, qvibus indiget, si tamen indiget, ad suas necessitates & ad peregrinorum fratrum usus, ipse percipiat, ut nihil eis possit omninò deesse.* Concil. Aurel. I. Can. 17. mox citabitur. Moguntin. sub Carolo M. cap 8. Ut *Episcopi potestatem habeant res Ecclesiasticas providere, regere, gubernare atqve dispensare secundum Canonum authoritatem volumus.* Neqve tamen Episcopi immediatè bona Ecclesiæ administrabant, sed per Presbyteros & Diaconos, ut statuit Conc. VII. Oecum. can. cit. ex qvibus Oeconomi assumebantur. Chalced. Concil. can. 26. *Qvia in qvibusdam Ecclesiis (sicut ad nos*

 pervenit)

pervenit) sine Oeconomo Episcopi res Ecclesiasticas tractant, placuit omnes Ecclesias Episcopos habentes, habere Oeconomum DE PROPRIO CLERO, *qui gubernet Ecclesiæ res cum arbitrio sui Episcopi, ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum Ecclesiasticarum, & ex hoc eveniat dispergi ejusdem res Ecclesiæ & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si verò quis non observaverit hæc, divinis subjaceat regulis.* Vid. Marc. Ant. de dom. lib. IX. Reip. Ecclesiast. cap. VI.

§. 16.

De usu bonorum Ecclesiasticorum veterum Conciliorum plurima extant decreta. Constitutiones Apostolicas, ut vocantur, nihil moramur. Decretum Gelasii Papæ I. à Concilio Parisiensi lib. I. cap. XV. allegatur. *Quatuor*, inqvit, *tàm de reditu quàm de oblatione fidelium, prout cujuslibet Ecclesiæ facultas permittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones,*

tiones, quarum sit una Pontificis, altera Clericorum, Pauperum tertia, quarta Fabricis applicanda Ecclesiæ. De quibus sicut Sacerdotis erit integram ministris Ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, ita Clerici ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverint expetendum. Ea verò, quæ Ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, hæc operi veraciter prærogat, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum. Quia nefas est, si sacris ædibus destitutis in lucrum suum præsul impendia his designata convertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturum esse videatur, tamen juxta id quod scriptum est, ut videant opera vestra bona & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est, oportet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non vacari. De Concilio Aurelianensi I. modo dicebamus. Hujus Canones XVI. XVII. XVIII sic habent: *Antiquos Canones relegentes, priora statuta*

credimus renovanda, ut de his, quæ in altario oblationes fidelium conferuntur, medietatem Episcopus sibi vendicet, & medietatem sibi dispensandam secundum gradus clerus accipiat, tam de prædiis propriis, quàm de omni commoditate in Episcoporum potestate durantibus. De his, quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis atque peculiis qvicunqve fideles obtulerint, antiqvorum canonum statuta serventur, ut omnia in Episcopi potestate consistant. De his tamen, quæ in altario accesserint, tertia fideliter Episcopis deferatur, dua Clericis. Decimæ autem secundùm quosdam singulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos seqventes Romanos singulis annis qvartam partem, aut in qvarto anno totam Episcopi recipiant. Episcopus pauperibus vel infirmis, qvi debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum & vestimentum, in qvantum possibilitas habuerit, largiatur. Concil. Constantin. IV. Can. 15. Decernimus, ut Episcopo vendere vel ut-

cunqve

cunque alienare vasa aut vestas sanctas, & alias rusticas possessiones venundare non liceat, ne propter hoc ecclesiastici reditus lædantur, quos ad propriam utilitatem & ob escam pauperum & peregrinorum sustentationem esse definimus. Nec etiam per emphyteusin salaria ecclesiarum tribuere possit, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet in redemtionem captivorum. Concil. Paris. lib. I. cap. 18. his verbis notatu dignis concluditur. Cesset ergò ambitio quæ dicere solet: Nimis rerum habere Ecclesiam Christi: & perpendat, quia, quantacunque sint res Ecclesiæ, si eo modo, quo dispensandæ sunt dispensentur, nimiæ non sunt: Cupiditas quippe, imò negligentia quorundam dispensatorum, non Ecclesiæ amplæ res, in vitio sunt. Mira namque res: ambitio mundialis satis non habet, & Ecclesia Christi nimium habet?

§. 17.

Cum ergò ad Episcopi potissimum curam pertineat, ut bona & reditus

Ecclesiæ rectè dispensentur, inprimis id agant Episcopi oportet, ne in profanos usus, qvæ semel Ecclesiæ donata fuerint, impiè convertantur. Ea de re veterum Conciliorum multa leguntur decreta, qvorum pars Episcopos officii sui commonefacit, pars ad Politicos directa profanationem rerum Ecclesiasticarum severè prohibet. Qvædam subjiciemus & ab Episcopis initium faciemus. Concil. Antioch. cap. XXV. *Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, ad dispensandum erga omnes, qvi indigent cum summa reverentia & timore DEI &c. Qvod si contentus istis minimè fuerit, convertat autem res Ecclesiæ in usus suos domesticos, & ejus commoda vel agrorum fructus non cum Presbyterorum conscientia Diaconorumq; pertractet, sed horum potestatem domesticis suis aut propinqvis aut fratribus filiisq; committat, ut per hujusmodi personas occultè cæteræ lædantur Ecclesiæ, Synodo provinciæ pœnas iste persolvat.*

solvat. Si autem & aliter accusetur Episcopus aut Presbyteri, qui cum ipso sunt, quod ea, quæ pertinent ad Ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet Ecclesiastica facultate sibimet usurpent, ita ut ex hoc affligantur quidam pauperes, criminatori vero & blasphemiis tam sermo prædicationis, quàm hi, qui dispensant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi sancta Synodo, id quod condecet, approbante. Concil. Aurel. I. cap. 7. De Obligationibus vel agris, quos Dominus noster Rex, Ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus, DEO sibi inspirante, contulerit, ipsorum agrorum vel Clericorum immunitate concessa, id esse justissimum definimus, ut in reparationibus Ecclesiarum, alimoniis Sacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptionibus Captivorum, quicquid DEUS in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & Clerici ad adjutorium Ecclesiastici operis constringantur. Quod si aliquis Sacerdotum ad hanc Curam minus sollicitus ac

devotus extiterit, publicè à provincialibus Episcopis confundatur. Quod si nec sub tali confusione se correxerit, donec emendet erronea, communione fratrum habeatur indignus: minores verò (ut dignum est) distringantur. Concil. Aurel. III. cap. 12. De agellis, cæterisq; facultatibus Ecclesiasticis, à Sacerdotibus non alienandis, nec per contractus inutiles obligandis, priorum Canonum statuta serventur, ut nobis per nullos contractus res Ecclesiasticas alienare, aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam, quæ de rebus Ecclesiasticis ab antecessoribus alienata, vel quibuscunque instrumentis inutiliter in dispendium Ecclesiæ obligata noscuntur, & intra tricenaria tempora repetitio suppetit, quæ acta sunt, suffragante justitiâ, per publicum aut Electorum judicium revocentur. Quod si is, qui rem Ecclesiasticam tenet, admonitus judicium declinarit, quousque aut ad discussionem veniat, aut rem restituat Ecclesiasticam, communione privatur. Concil. Aurel. IV. cap. 18. Ut quicunque Cle-

qve Clericus aliqvid de jure Ecclesiastico, seu verbo seu Scriptura acceperit ad utendum, & postmodum hoc alienare qvacunque ratione præsumpserit, non valebit: qvia, secundùm Canonum statuta, proprietatem Ecclesiæ non violat in alios qvamlibet longa possessio. Sed in Pontificis potestate consistat, qvaliter pro conservando jure Ecclesiastico rem possessam inter Clericos debeat communicare. Concil. Aurel. V. cap. 13. Ne cui liceat res vel facultates Ecclesiis, vel Monasteriis, vel Xenodochiis pro qvacunqve Eleemosynâ cum justitia delegatas, retentare, alienare atqve subtrahere. Qvod, qvisqvis fecerit, tanqvam necator pauperum antiqvorum Canonum sententiis constrictus, ab Ecclesiæ liminibus excludatur, qvamdiu ab ipso ea, qvæ sunt ablata vel retenta, reddantur. Concil. Tolet IV. cap. 32. Multi fidelium, in honorem Christi & Martyrum, in parochiis Episcoporum basilicas construunt, oblationes sanctas tribuunt: Sacerdotes hæc auferunt, atqve

in usus suos convertunt. Inde est, quod Cultores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt. Inde labentium basilicarum ruinæ non reparantur, quia avaritia sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re constitutum est à præsenti Concilio, Episcopos ita diœceses suas regere, ut nihil ex earum jure præsumant aufferre: Sed juxta priorum authoritatem Conciliorum, tàm de Obligationibus, quàm de decimis, tributis ac frugibus tertiam consequantur. Quod si amplius quippiam ab eis præsumptum extiterit, per concilium restauretur. Concil. Tolet. IX. cap. 1. *Nullus Sacerdotum vel Ministrorum ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibuscunque locis à fidelibus largiantur, aliquid auferat, vel juri suo aut Cathedræ propriæ Civitatis connectat. Devotio enim uniuscujusque, sicut gratanter votum contulit DEO, ita definivit, quod plenitudo votorum, conservatur in loco: in quo, velut si collata tenentur, manet gratia offerentis: ita si frustrantur, imminet pernicies defraudantis.*

Verum

Verum ut hujus rei potior soliditas habeatur, condignis filiis vel nepotibus, honestioribus propinqvis ejus, qvi instruxit vel ditavit Ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si Sacerdotem seu Ministrum aliqvid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commonitionis honestæ conventione compescant, aut Episcopo vel Judici corrigenda denuncient. Qvod si talia Episcopus agere tentet, metropolitano ejus hæc insinuare procurent: Si autem Metropolitanus talia gerat, regis hæc auribus intimare non differant. Ex his, qvæ sufficiant, clarum est non licuisse Episcopis malè collocare res Ecclesiæ suæ. Multò minus ipsis integrum est invadere res alienas. Paris. Conc. I. cap. 3. *Qvia Exempla boni Operis, à Pontificibus debent primum (Christo opitulante) procedere, nullus Episcopus res competat alienas: aut si competat aut à se, aut ab antecessore suo fortè qvis possedit, Domino proprietatis possessionem propriam, absqve præjudicio liberali-*

liberalitatis regiæ, integra reformatione restituat. Ut quia DEUS dona reprobat iniquorum, non ad judicium suum, Eccle. cleſiæ res exteras derelinquat. Aurel. Conc. V. cap. 14. *Ut nullus Epiſcoporum, aut cujuslibet ordinis Clericus, vel alia quæcunque perſona, quibuslibet conditionibus, ſeu in uno regno ſeu in alio poſitus, alterius cujuscunque Eccleſiæ res aut petat, aut præſumat accipere. Quod ſi fecerit, tamdiu habeatur à communione altaris, vel omnium fratrum ac filiorum charitate ſuſpenſus, donec ipſi Eccleſiæ, cujus directo ordine res eſt ablata, reſtituatur.*

§. 18

Quod non licebat Epiſcopis, ſicut diximus, id nec Laicis, ut vocant, permittebatur. Concil. Vaſenſ. Cap. 4. *Qui oblationes defunctorum retinent, & Eccleſiis tradere demorantur, ut infideles ſunt ab Eccleſia abjiciendi: quia usque ad inanitionem fidei pervenire certum eſt hanc divinæ pietatis exacerbationem: quia & fideles de Corpore recedentes, vo-*

torum

torum suorum plenitudine, & pauperes consulatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes judicium DEI, habendi sunt. Unde & quidam Patrum hoc scriptis suis inseruit, congruente sententia, qua ait: Amico quippiam rapere, furtum est: Ecclesiam fraudare Sacrilegium. Concil. Arvernens. Cap 13. Si quis cujuscunque Ecclesiæ munuscula quælicet sub Sacramenti scriptura collata, nefaria calliditate fraudaverit, invaserit, retinere tentaverit, atque suppresserit, & non statim à Sacerdote commonitus, collata reddiderit, ab Ecclesiæ Catholicæ communione pellatur. Concil. Aurel. IV. Cap. 19. Quicunque pro devotione sua oblationis studio, aliquid in Campellis, vel in Vineolis, etiam absque Scriptura probatur Ecclesiæ contulisse: si postmodum vel ipse vel hæredes ejus quæcunq; occasione aufferre à jure hoc Ecclesiæ vel alienare voluerint, quoad usque à tali intentione discedant, aut pervasa restituant,

restituant, à Communione Ecclesiastica suspendantur. & Cap. 25. Si quis Clericus aut Laicus sub potentum nomine atque patrocinio, res adjus Ecclesiæ pertinentes, contempto Pontifice, petere seu possidere præsumpserit, primum admoneatur, quæ abstulit, civiliter reformare, aut certè judicium Sacerdotis seu Judicis opperiri, ut poscit sacra religio. Quod si in pervasionis pertinacia persistit, tamdiu ab Ecclesiæ liminibus arceatur, donec cum satisfactione justissima, pervasa aut occupata restituat. Concil. Parisiens. I. cap. 1. Itaque placet, ac omnibus nobis convenit observare, ut quia nonnulli memores sui, per quaslibet Scripturas pro Captu animi, de facultatibus suis Ecclesiis aliquid contulisse probantur, quod à diversis DEUM minus timentibus, eatenus mortifera callliditate tenetur, vel aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam: nec intueri corde possint diem judicij, dum nimiæ Cupiditatis delectantur ardore. Quicunque ergò immemor interitus sui, res Ecclesiæ (ut supra diximus)

ximus) delegatas, injustè possidens, præsumpserit retinere, & veritate compertâ, res DEI servis ejus dissimulaverit reformare, ab omnibus Ecclesiis segregatus, à sanctâ communione habeatur extraneus. Nec aliud mereatur habere remedium, nisi cum culpam propriam rerum emendatione purgaverit. Indignè enim ad altare Domini properare permittitur, qui res Ecclesiasticas & audet rapere, & injustè possidere iniqua defensione perdurat. Necatores enim pauperum judicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse provisio, ut vindictam manifesta admonitio præcedat, ut res usurpatas injustè qui abstulit, adhibitâ æquitate restituat. Quod si neglexerit & necessitas compulerit, postea prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat &c. Repetuntur hæc in Turonica Synodo II. Cap. 27. Matisconense Concil. I. Cap. 4. *Ut qui oblationes fidelium defunctorum, quæ Ecclesiis conferuntur, retinent, veluti retentores Ecclesiæ &*

sia & necatores egentium ab Ecclesiæ liminibus arceantur. Concil. Valentinum Cap. 8. *Placuit ne prædia & possessiones Ecclesiarum, voto fidelium collata, cupidis ad invadendum paterent, & ne tali fraude de rebus suis vacuarentur & spoliarentur Ecclesiæ, ne & gloriosorum Principum animi subreptione quorundam talium deceptivis callidisq; mendaciis læderentur: ut si quis non metuens judicium DEI & damnationem æternam, & possessiones Ecclesiarum sive exspoliare qua pertinent ad jus earum, præsumpserit, excommunicationis sententiam, quousque præsumptionis factum re corrigat, secundum Ecclesiasticam Censuram ferat. Quod & si prætenderit hujusmodi sibi indulta & concessa ab augustissimis Dominis nostris, nec sic à sententia Episcopi sit liber: multi enim probantur in similibus mentiri: donec rector ipsarum Ecclesiasticarum rerum, ad clementes aures Principis causam tam malè facti cum precibus Ecclesiæ deferat, ut ejus judicio & moderatione res unde*

agitur,

agitur, deliberetur. Et is qvi Charitate fuerit privatus Ecclesiæ, tunc si dignus est, absolvatur.

§. 19.

Præcipuam laudem meretur Concilium Aqvisgranense, qvod invasoribus & raptoribus bonorum Ecclesiasticorum masculâ pietate & solidis rationibus semet opposuerit. Pluscula ea qvidem sunt, digna tamen, qvæ exscribantur & à lectore pio atqve cordato debito studio ponderentur. Complectitur prædicta Synodus tres libros. Primus liber de Origine & religione DEO offerendarum rerum ex Testimoniis veteris potissimum Testamenti agit. Secundus raptores rerum Ecclesiasticarum complures eorumq; gravissimas pœnas proponit. Cap. 1. Achanis impietatem describit his verbis: *Dixit Josue ad omnem Israel: Vociferamini, tradidit enim vobis Dominus Civitatem, sitq; Civitas hæc Anathema, & omnia qvæ in ea sunt,*

sunt, Domino. & infra: Vos autem cavete, ne de his quæ præcepta sunt, quippiam contingatis, & sitis prævaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. Quicquid autem auri aut argenti fuerit, ac vasorum æneorum ac ferri, Domino consecretur, repositum in thesauris ejus. Nulli quippe dubium est, quin de Hiericho Civitate subvertendâ hæc dicantur. Quapropter observa diligens Lector, & curiose auditor, quod duo in his verbis, quæ præmissa sunt, jubeantur. Alterum videlicet, quo cavendum omninò præcipitur, ne de his quæ Domino consecrata sunt, quippiam contingatur; Alterum, quo jubetur, quicquid auri vel argenti ac ferri omniumq; æneorum vasorum fuerit, Domino consecrari, & in thesauris ejus recondi. Vitandumq; tibi est ne contingendo ea, quæ Domino consecrata sunt, sis prævaricationis reus, & alii propter te sub peccato sint atque turbentur: & sagaciter intende, qualiter Thesauri Domini, eo jubente, incrementen-

tur,

tur. Sed & hoc diligenter observa, ne tuo æstu vel cupiditate, ea quæ in Thesauris Domini conservata sunt, auferantur. Quod autem, sicut Josue, Domino imperante, facienda præceperat, postea sint completa, sequentia testantur. Urbem autem & omnia quæ in ea erant, succenderunt absque argento & auro & vasis æneis ac ferro, quæ in ærarium Domini consecrarunt. Qui autem auso quodam temerario in lecti, de his qui Domino consecrata sunt, palam atque occultè surripere posse arbitratur, exemplo Achan deterreatur, qui æstu avaritiæ succensus, de his, quæ Domino consecranda erant, furtim sibi surripuit, palleum scilicet coccineum valdè bonum, & trecentos siclos argenti, regulamq; auream quinquaginta siclorum, & ne deprehenderetur, in tabernaculo sub suffossa humo, consciis liberis ac domesticis suis, occuluit, quæ utique Domino consecrata erant. Ob cujus immane facinus, quædam pars populi Israelitici coram hostibus suis cæsa extitit, & Josue,

consulto

sulto Domino, hæc audivit: Surge, cur jaces pronus in terrâ? peccavit Israël, & prævaricatus est pactum meum, tuleruntq; de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua; nec poterit Israël stare ante hostes suos, eosq; fugiet, quia pollutus est anathemate. Non ero ultra vobiscum, donec conteratis eum, qui hujus sceleris reus est. Nota, quod unius inlicitum factum, totus Israëliticus populus fecisse narretur; & quod propter unius facinus, in populum DEI, Domini ingens comminatio fiat, videlicet, ut nec DEUM secum habere, nec coram inimicis suis stare posset, donec ille interiret, qui hujuscemodi scelere contaminatus erat. Qualiter verò ipse Achan à Josua, applicato sibi Israël per tribus suas, solertissimè examinatus ac deprehensus sive reatum suum confessus fuerit, qualiter etiam lapidum grandine occubuerit, & omnia, quæ illius erant, consumpta sint, sequentia pandunt. Veruntatem valdè pavenda sunt hæc, & omnibus fide Christi insignitis

insignitis cavenda, ne propter aliorum illicitum, imò sacrilegum factum, nec secum (qvod absit) Dominum habeant, nec coram inimicis suis stare prævaleant. Patratores autem tam immanis, imo sacrilegi facti, magnoperè cavere oportet, ne propter suam Cupiditatem, qvam ergà res DEO sacratas aut exercent, aut exercere cupiunt, sibi adinstar Achan mortem æternam, aliisq; DEI offensam, & coram hostibus suis acqvirant miserabilem ruinam.

§. 20.

Seqvuntur Exempla Nebucadnezaris & Belsazaris Cap. 19. 20. 22. *Propter peccata qvoqve Sacerdotum & Regum totiusq; populi, idem templum, qvod in magna gloria à Salomone Domino fuerat conditum, & per qvadringentos & triginta annos manserat illæsum, imò valdè glorioſum, à Chaldæis fuit incensum atqve dirutum, & Hierosolymorum urbs destructa, populusq; in Babylonicam Captivitatem deductus, & vasa domus*

 Domini,

Domini, & quæque in Thesauris Domini domus, Domino fuerant consecrata & sanctificata, in Babylonem sunt deportata. Non tamen eadem vasa Domino consecrata Nabuchodonosor Rex prophanus in suos præsumpsit retorquere usus, sed ea in locis præcipuis, in delubris videlicet Deorum suorum, quæ apud illum magnæ habebantur veneratione & religioni, servanda reposuit. Sciendum verò est, quod pro eo, quod templum Domini incendit, vasa Domini in Babylonem transtulit, populo DEI captivitatem inflixit, ei ullo modo impunè non cessit. Quoniam & propter hoc factum, & pro eo, quod gloriam & potestatem & honorem regni sui non DEO sed sibi tribuit, cælicam vocem audivit, quæ ita facta est: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex: Regnum transiit à Te, & ab hominibus Te ejicient, & cum bestiis ferisq; erit habitatio tua: fœnum qs. bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dominetur excelsius in regno hominum, & cuicunque voluerit,

voluerit, det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & cuncta quæ dicta ei fuerant, provenerunt, sicut sequentia testantur. Sed quia sacrilegium, quod circa templum Domini patraverat, & suam magnam elationem, qua contra Dominum superbiendo tumuerat, & Danielis Prophetæ consilium, suæ saluti commodum, audire contempserat, quibus ei orsus est: Quamobrem consilium meum placeat Tibi, & peccata tua Eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum, fortè ignoscet DEUS delictis tuis: tantam promeruit abjectionem, ut etiam cum bestiis & feris esset habitatio ejus, & fœnum ut bos comederet. Videamus, quid post transactum abjectionis suæ Tempus, idem Nabuchodonosor humiliatus dixerit. Porrò Balthassar, qui filius Nabuchodonosor fuisse describitur, vino deditus, in tantam prorumpere ausus est superbiam, suæq; salutis inimicam, immò sacrilegam præsumptionem, ut convivio suo, DEO sacrata vasa ad libitum

bitum suum juberet adferri, ut biberet in eis ipse & Optimates ejus, Uxores & Concubinæ ejus, & conlaudaret Deos suos: & ob id, ad suum interitum, articulum scribentis prospexit in pariete, & eadem nocte Medis & Persis sese obsidentibus, regno cum vita caruit, sicut verba Danielis Prophetæ de eo & adversus eum testantur, quæ ita habent: O Rex DEUS altissimum regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor Patri tuo, & propter magnificentiam, quam dederat ei, universi populi tribus & linguæ tremebant & metuebant eum. Quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat. Quando autem elevatum est Cor ejus, & Spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui & gloria ejus ablata est. Et infra. Tu quoque filius ejus Balthassar, non humiliasti Cor tuum, cum scires hæc omnia, sed adversus dominatorem Cœli elatus es, & vasa domus ejus allata sunt coram Te, & Tu & Optimates tui, & Uxores tuæ & Con-

& Concubinæ tuæ vinum in eis bibistis, Deos quoque argenteos & aureos & æreos & ferreos, ligneos & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti. Porrò DEUM qui habet flatum tuum in manu sua & omnes vias tuas, non glorificasti: idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc quod exaratum est. Et paulò post. Eadem nocte interfectus est Balthassar Rex Chaldæus, & Darius Medus successit in regnum. Si Balthassar pro eo, quod vasa Domini sibi adferri jussit, ut in eis biberet, quæ utique postea ad imperium Cyri, Regis Persarum, templo Domini sunt restituta, & regno privari & morte meruit mulctari: quid putas de illis erit, qui non solum sancta vasa, verum etiam alias DEO sanctificatas res suis applicant usibus? Quapropter observandum est illis, ne (quod absit) ad instar Balthassar & præsentis & futuræ vitæ subeant mortem.

§. 21.

Succedat Antiochus Cap. XXIV. XXVI.

XXVI. *Secundùm templum ſtabile permanſit per trecentos quadraginta ſex annos. Quod rurſus propter peccata Sacerdotum & Regum atque populi, Antiochus prophaniſſimus atque impuriſſimus Rex Græcorum fraude capta Hieruſalem, ſordibus idolorum polluit, auferens inde altare Domini aureum, menſam propoſitionis, Candelabrum luminis, & cætera vaſa templi aurea, quæ invenire potuit, & alia plura in eodem templo polluendo & expoliando, populumq; DEI atrociter affligendo & interficiendo patravit, ſicuti in ſecundo Maccabæorum libro legitur. Non tamen prætercundum eſt, quod de eodem Antiocho in eodem libro legitur. Sequitur enim ibi: Nec iſta eidem ſufficiũt Antiocho. Auſus eſt enim intrare templum, universâ ſanctius terrâ, Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor, & ſceleſtis manibus ſumens ſancta vaſa, quæ ab aliis Legibus & Civitatibus erant poſita ad ornamentum loci & gloriam contrectabat indignè. Ita alienatus mente Antiochus,*

non

non considerabat, quod propter peccata habitantium Civitatem, modicum Dominus fuerat iratus, propter quod & accidit circa locum despectio. Alioqvin nisi contigisset, eos multis peccatis esse involutos, sicut Heliodorus, qvi missus & à Seleuco Rege ad expoliandum ærarium, etiam hic statim adveniens flagellatus, repulsus utiqve fuisset ab audacia. Verum non propter locum gentem, sed propter gentem Dominus locum elegit. Ideoq́ & ipse locus particeps factus est populi malorum, postea autem fiet socius & bonorum. Et qvi derelictus est in ira DEI Omnipotentis, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. Qvid verò idem prophanissimus Rex Antiochus pro contaminatione ejusdem sacratissimi templi, sacrorumq́ vasorum adsportatione, & cæteris malis, quæ sive erga memoratum templum, sive erga populum DEI exercuit, perpessus sit, videamus. Qvi universa conspicit Dominus DEUS Israël, percussit

eum insanabili & invisibili plaga. Ut enim finivit hunc sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. Et post pauca: Isq; qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, super summum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram, in gestatoria portabatur, manifestam DEI Virtutem in seipso contestans, ita ut de Corpore impij vermes scaturirent, ac viventes in doloribus carnes ejus affluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus gravaretur. Et qui paulò ante sidera cœli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Et infra. Et cum nec ipse fœtorem suum jam ferre posset, ita ait: Justum est subditum esse DEO, & mortalem non paria DEO sentire. Et post pauca. Templum etiam sanctum, quod prius exspoliaverat, optimis donis jam exornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptu,

sumptus, de redditibus suis se præstaturum pollicitus est. Iterum non post multa: Igitur homicida & blasphemus, pessimè percussus, & ut ipse alios tractaverat, peregrè in montibus miserabili obitu vita functus est. Horrida planè, cunctis q3 mortalibus est pertimescenda mors tam terribilis scelestissimi Regis Antiochi, qui pro eo, quod ausus templum intrare, & contaminare, & vasa DEO sacrata inde auferre, atque sceleſtis manibus sancta vasa, quæ ab aliis Regibus ad ornatum loci & gloriam DEO fuerant oblata, indignè contrectare, & in suos nefandissimos usus convertere, justo DEI judicio tam horribili morte meruit occumbere. In cujus interitu sagaciter animadvertendum, quod DEUS Omnipotens invasionem vel ablationem sibi oblatarum rerum, inultam nec dimittit, nec dimisit, nec dimissurus sit. Quædam tamen, ut in superioribus jam dictum est, in præsenti ulciscitur seculo, quædam verò ulciscenda in futuro reservat seculo.

§. 22.

Antiochum excipiant Menelaus & Heliodorus Cap. XXVII. XXVIII. XXIX. *Quæ igitur pœna Menelaum ductorem & hortatorem memoranti Regis Antiochi ad expoliandum templum Domini & vasa DEO sacrata auferenda (qui utique proditor legum & patriæ scribitur extitisse) digna congruaq; sit pœna subsecuta, sequentia pandunt, quæ ita se habent: Anno autem quadragesimo nono cognovit Judas Antiochum Eupatoris venire cum multitudine adversus Judæam, & cum eo Lysium procuratorem & præpositum negociorum. Et post pauca: Commiscuit autem se illis & Menelaus, & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum non pro patriæ salute, sed sperans se constitui in principatum. Sed Rex Regum suscitavit animos Antiochi in peccatorem, & suggerente Lysia, hunc esse causam omnium malorum, jussit, (ut ejus est consvetudo) comprehensum in eodem loco necari. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta*

ginta cubitorum, aggestum undique habens cineris. Hæc prospectum habebat in præceps. Inde in cinerem ejici jussit sacrilegum, omnibus cum propellentibus ad interitum: & tali lege, prævaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. Et quidem satis justè: Nam quia multa circa aram DEI delicta commisit, cujus ignis & cinis erat sanctus, ipse in cinere damnatus est. Notandum, quod Menelaus ille sacrilegus dicitur, pro eo quod Antiocho ductor extitit, & ut sacra vasa templi auferret, consilium dedit. Nam pro eo, quod circa aram Domini in multis deliquerat, tam exitiabili morte perierat. Cujus exemplo non solum deterrendi sunt hi, qui circa aram DEI ad serviendum Domino, eique ministrandum, verum etiam hi qui aliis propter suam explendam Cupiditatem, in auferendis DEO sacratis rebus Consilium dant, & exhortatores fiunt, & facientibus impunitatem promittunt, ut se modis omnibus compescant, ne tam mortis atro-

cissima Menelai (quod absit) participes existant. Qui autem ærarium Domini i. e. templum ejus, pecuniis aut DEO oblatis, aut ab aliis depositis, expoliari impunè posse & debere arbitrantur: Perpendant, quid Heliodorus, suiq; Comites eiq; parentes, Hierosolymam advenientes, ut ærarium Domini pecuniis exspoliarent, ab equo cœlesti ejusq; terribili sessore, nec non & cœlicolis juvenibus duobus perpessus sit, de quo ita habes in eodem libro Maccabæorum secundo: Cum venisset Heliodorus Hierosolymam, & benignè à summo Sacerdote in Civitate esset exceptus, narravit de toto indicio pecuniarum, & cujus rei gratia adesset, aperuit. Interrogavit autem si verè hæc ita essent, cum summus Sacerdos ostendit, depositæ esse hæc ad victualia viduarum ac pupillorum. Et infra. Decipi verò eos, qui credidissent loco & templo, quod per universum mundum honoratur pro sui veneratione & sanctitate, omninò impossibile esse. Et infra. Heliodorus autem, quod decreverat, perficiebat,

ficiebat, eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium præsens, sed Spiritus Omnipotentis magnam fecit suæ ostensionis evidentiam, ita ut omnes, qvi ausi fuerant ei parére, ruentes DEI Virtute in dissolutionem & formidinem converterentur. Apparuit enim illis qvidam eqvus, terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus. Isq; eum impetu Heliodoro priores calces elisit. Qvi autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo juvenes, virtute decori, optimi gloria spectosiq; amictu, qvi circumsteterunt eum, & ex utraqve parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. Subitò autem Heliodorus concidit interram, eumq; multa caligine circumfusum, rapuerunt, atqve in sella gestatorum positum, ejecerunt. Et is qvi cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur, nullo sibi auxilium ferente, manifesta DEI cognita virtute. Et ille qvidem per divinam virtutem jacebat

mutus. Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificavit locum suum: & templum, quod paulò ante timore ac tumultu erat plenum, apparente Omnipotente DEO, gaudio & lætitia impletum est. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam, ut invocaret altissimum, & vitam donaret ei, qui in supremo Spiritu erat constitutus. Considerans autem summus Sacerdos, ne forte Rex suspicaretur malitiam aliquam ex Judæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute Viri hostiam salutarem. Cumq; summus Sacerdos exoraret, iidem juvenes eisdem vestibus amicti, adstantes Heliodoro, dixerunt: Oniæ Sacerdoti gratias age, nam propter eum tibi Dominus vitam donavit. Tu autem ab eo flagellatus, nuncia omnibus magnalia DEI & potestatem, & his dictis, non comparuerunt. Heliodorus autem hostia DEO oblata & votis magnis, promisit ei, qui vivere illi concessit. Et Oniæ gratias agens, recepto exercitu, repedabat ad Regem.

Testaba-

Testabatur autem omnibus ea, quæ sub oculis viderat opera magna DEI. Cum autem Rex interrogasset, quis esset aptus adhuc semel mitti Hierosolymam, ait: Si quem habes hostem, aut regni insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen evaserit, eo quod in loco verè sit DEI quædam virtus. Nam ipse qui habet in Cœlis habitationem, visitator & adjutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit ac perdit. De his itaque, quæ erga Heliodorum, Domino in suo ærario suam injuriam, suam dehonorationem ulciscente, gesta sunt, multa posuimus: quoniam ea, ad eorum audaciam & pestiferam præsumptionem reprimendam, qui loca DEO dicata expoliare non metuunt, valdè necessaria prævidimus. Quibus scire & summoperè discere convenit, quod in locis DEO dicatis verè virtus DEI sit, eorumq; Visitator & Adjutor DEUS sit, & veniente ad malefaciendum percutit ac perdit.

Agmen

§. 23.

Agmen claudant Judas proditor & Ananias ejusq; Uxor Sapphira lib. III. cap. V. VI. VII. VIII. IX. *Caput noſtrum* DOMINUS, *ac Redemtor noſter* JESUS CHRISTUS, *qui cum ſit cœli & terræ Creator, omniumq; bonorum Largitor, oblationes tamen fidelium ſuſcepiſſe non ambigitur, unde erant nummi, quos miſer Judas & non miſerabilis furabatur: & idcirco non qualiscunque fur, ſed fur ſacrilegus dicitur, qui adeò nummos dilexit, ut pro nummis Dominum & Magiſtrum ſuum proderet. De quo beatus Auguſtinus in homilia 48. Evangelij Johannis ita ſcribit: Ecce inter Sanctos eſt Judas, ecce fur eſt Judas, & ne contemnas, fur ſacrilegus, non qualiscunque fur: fur loculorum, ſed dominicorum; loculorum ſed ſacrorum. Si crimina diſcernuntur in foro qualiscunque furti ac peculatus (peculatus enim dicitur furtum de republ.) & non ſic judicatur furtum rei privatæ, quomodo publicæ:*

quanto

quanto vehementius judicandus est sacrilegus fur, non undecunque tollens, sed de Ecclesia tollens? Qui aliquid de Ecclesia furatur, Judæ perdito comparatur. Nota quod aliquid de Ecclesia tollere furtum esse beatus Augustinus asseveret, & patratorem tanti furti sacrilegum appellet, nec non & Judæ perdito æquiparet. Et post pauca: Quare, inquit, loculos habuit, cui Angeli ministraverunt, nisi quod Ecclesia ejus loculos habitura erat? Ecce quibus tanti doctoris documentis instruimur, quia quod in capite præcessit, in corpore ejus quod est Ecclesia, videtur impletum. Porrò Christum & Ecclesiam unam Personam esse, non nescimus: & ideò quæ Ecclesiæ sunt, Christi sunt: & quæ Ecclesiæ offeruntur, Christo offeruntur: & quæ ab Ecclesia ejus tolluntur, proculdubiò Christo tolluntur. Esto, erat futurum ut Ecclesia Christi nummos haberet: si nummos, utique & prædia, & mancipia, & diversarum specierum innumera ornamenta: & quod illicitum

sit,

sit, ea quæ conferuntur Ecclesiæ, auferri, beati Hieronymi, scribentis in expositione Matthæi Evangelistæ, verba ita testantur. Omnes (inquit) qui stipe templi, & his quæ conferuntur in usus Ecclesiæ, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem: similes sunt Scribarum & Sacerdotum, redimentium mendacium & sanguinem Salvatoris. Subtilitèr planè, sagaciterq; pertractanda sunt ac perpendenda verba tanti Doctoris, & cunctis fidelibus cavendum est, ne in his rebus quæ Ecclesiæ collatæ sunt, auferendis similes efficiantur Pharisæis & PseudoSacerdotibus, mendacium sanguinemq; Christi redimentibus. Scribit etiam idem beatus Hieronymus in expositione Evangelij Matthæi ita: Mittens enim hæc unguentum hoc in Corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Quod vos putatis perditionem esse unguenti, officium sepulturæ est. Nec mirum, si mihi bonum odorem fidei suæ dederit, cùm ego pro ea fusurus sim sanguinem meum. Multi sanè sunt hodiè, qui

qui Christiano censentur nomine, qui ad instar Judæ dicere solent super his, quæ aut Domino consecrata sunt, aut consecrantur, aut consecrari decernuntur, Ut quid perditio hæc? putantes perditionem esse, quæ Ecclesiæ Ministrisq; ejus ac pauperibus, ob amorem DEI sunt commodata. Animadverti namque non inconvenienter potest, quod sicut unguentum Mariæ Christus ad officium suæ susceptæ sepulturæ, ita nimirùm vota fidelium susceptæ ad officium sanctæ suæ Ecclesiæ. Et Capite XXI. Ecce etiam habes initium & originem in DEO offerendis rebus, & indubitanter crede, quòd in primordio nascentis Ecclesiæ cæpit eadem Ecclesia vota fidelium susscipere. Quorum exemplo laudandi sunt votorum ac donorum suorum ultronei oblatores. Facto verò Ananiæ & Saphiræ deterrendi sunt hi, qui aut suorum, aut aliorum votorum existunt oblatores vel defraudatores. Ipso quoque Ananias cum Saphira uxore suâ agrum proprium vendidit, & ejus precium, sicuti

& cæteri

& cæteri fideles faciebant, ante pedes Apostolorum posuerunt: sed quia de eodem precio, conscia eadem Uxore suâ, quiddam dedit, quiddam verò retinendo occuluit, uterque Apostolica authoritate perculsus est. Pro qua re, sicut in eisdem Actibus Apostolorum legitur, factus est timor magnus in universa Ecclesia, & in omnibus, qui audierunt hæc. Si enim de propriis suis rebus, quas ad integrum DEO voverant, pro eo quòd inde aliquid abstraxerunt, vel fraudati sunt, tam horribili morte mulctati sunt, quid putandum est de his, qui ea quæ alij obtulerunt, DEO auferre præsumunt? Hi proculdubiò secundùm verba beati Petri Apostoli, non hominibus, sed DEO mentiri convincuntur.

§. 24.

Hæc è sacris deprompta literis exempla cum proposuisset magno verborum pondere Concilium Aqvisgranense, tandem Libro III. c. XXIV. ad Patrum judicia provocat, &, *Multa*, inqvit,

inqvit, *sanctorum patrum, qvi non solùm Latinè, verùm etiam Græcè scripserunt, documenta proferri poterunt, qvi res DEO dicatas atqve sacratas, nullatenus impunè auferri posse testantur.* Augustinus exempla Ananiæ & Saphiræ expendens Lib. 3. de mirabilibus scripturæ sic scribit Cap. XVI. *Hi citò mortui sunt, ut Apostolica authoritas qvanta esset ostenderetur, & qvàm magnum peccatum esset, qvod ablatum iterùm ab Ecclesia retrahitur, monstraretur, & cæteri hoc exemplo castigarentur.* Auctor Qvæst. & Resp. 120. *Illud qvod est DEO dicatum & destinatum, in communem usum amplius non convertitor.* Gregorius Thaumaturgus epist. Canon. cap. 3. epist. 3. *Non ecce Achan Zare filius in eo, qvod DEO dedicatum erat, peccavit, & in omnem Israël Synagogam ira pervenit?* Ad qvem locum Theod. Balsamo in Scholiis: *Nota præsentem Canonem propter eos, qvi res Ecclesiarum & Monasteriorum rapiunt, &, ut*

&, ut semel dicam, propter eos, qui, quæ sunt DEO dedicata, tanquam propria vendicant. Inter opera Hieronymi occurrit Epistola ad Damasum Papam. Tom. IV. p. 322. In eâ hæc verba habentur: *Testes idonei, quos ad hanc rem concitavi, hi sunt: Gregorius Nazianzenus, mirabilis Doctor Cyrillus, Athanasius, Theophilus, Anatolius, Chrysostomus, Eustachius, Eusebius Chronographus, & noster Hilarius, qui omnes uno ore, eodemque consensu veluti vera Sp. S. organa, anathematis mucrone sentiunt esse feriendos, qui in usus Laicorum, panes oblationum contulerint, quia omninò Sacerdotibus solis debentur.* Non solum autem de panibus in Ecclesia hoc sanxerunt Patres nostri, sed de omnibus quæ altari offeruntur, dicentes atque docentes magnum & valdè esse intolerabile Sanctæ Ecclesiæ, ut sine vindicta sacrorum Canonum remaneat. Ambrosius in Epist. ad Marcell. Auxentio, qui jussu Imperatoris postulabat Arianis tradi Basilicas

Eâdem pietate Illustriss. Duces Saxoniæ apud Hortlederum pag. 1219. seqq. de bonis Ecclesiasticis disponunt his verbis: Wiewol weiland die Hochgebohrne Fürsten/ Herr Johans / vnd Herr Johans Friedrich der Elter/ Hertzogen zu Sachsen vnd Chur Fürsten ꝛc. vnsere gnädige liebe Herren / Groß Vater vnd Vater seliger vnd Christlicher Gedächtnüß / hievor den Pfarr Herren/ Kirchen- vnd Schul Dienern/ auch Hospitalen vnd Siech Häusern / in Ihrer liebden vnd Gnaden Fürstenthumb vnd Landen / eine stattliche Hülffe vnd Zulage gethan. Darumb wir vns gäntzlich versehen gehabt / dieselben würden nunmehr alle nothdürfftiglich / auch etliche reichlich vnd überflüssig versehen vnd bedacht/ daß derhalben etwige ferner Versorgung zu thun / hinfürder von nu vnnötig solt gewesen seyn. So wissen Wir euch doch gnädiger Meinunge nicht

zu verhalten / daß vns vnsere jetzige Visitatores für wenig Tagen berichtet / als solten derwegen noch allerley Mängel vorstehen / vns auch darüber / vmb Verordnunge etlicher Stipendien vnterthänigklich gebeten. Nun haben Wir ihnen darauff Vrsachen / warumb Wir vns nicht vermuten / daß über gedachter vnser Herren Groß-Vater vnd Vater seligen Verordnung / weitere Zulagen solten von nöthen seyn / auch daneben / wie hoch sich dieselben vorigen Verordnungen vnd Außgaben von den Geistlichen Stifften / vnd vnserer Lande Klöstern erstrecken theten / vnd daß noch davon ein geringes übrig were / annzeigen vnd eröffnen lassen. Aber damit sie vnd männiglich zu spüren vnd zu vermercken / daß Wir das Einkommen gemeldter Stiffte vnd Klöster / in unsern eignen Nutzen zu wenden nicht bedacht. So weren Wir vnsers Herren Groß-Vatern vnd Vatern seligen / Christlichen vnd löblichen Fußstapffen hierinnen zu folgen / gnädiglich erbötig vnd geneigt / vnd wolten denen Pfarr-Herren vnd Kir-

chen-

chen Dienern / bey welcher Einkommen Mangel befunden / noch in die 2000. Gülden jährlich davon unterschiedlich reichen / und darüber 47. Stipendiaten in unser Schule zu Jena im Studio unterhalten / darunter zehen Adels Personen / und deren jeden jährlich 35. Gülden / aber die andern 37. Personen / so Priester / Bürger oder Bawers Söhne seyn sollen / deren jedem jährlich 30. Gülden / doch daß solche alle zum Studio geschickt und tüchtig seyn sollen. Deßgleichen 500. Gülden zu gemeinen particular Schulen / darzu 300 und 40. Fl zu Jungfraw Schulen in Städten. Über das 600. Fl. armer Priester verlassenen Wäisen / Hospitalen und Siech Häusern / auch jährlich geben und entrichten / und mit Erlegung des halben Theils auff Martini schierst künfftig anfahen / und die andere Helffte auff Pfingsten des künfftigen 56. Jahres / reichen zu lassen / welches alles sie mit dem vorigen / obgenandter unsern Herrn Groß Vatern und Vatern seligen Verordnungen und Auffgaben / (die von

berührter Stifft vnd Klöstern Einkommen zu milden / gütigen Sachen jährlich gegeben) in eine stattliche Summa, die ihnen namhafft gemacht / erstreckete: Zuversichtig / obgedachte Visitatores vnd männiglich würden hierauß befinden / daß wir mehr theten / dann obangezeigte Stifft vnd Klöster (außgeschlossen vnsere alte / darauff gebührende vnd hergebrachte Fürstl. Gerechtigkeiten) ertragen könten / mit weiterm gnädigen Erbieten / so wir zu erzehlen / vmb kürtze willen vnterlassen / auch von vnnöthen achten. Weil dann sie / die Visitatores, ihnen solches mit gebührlicher Dancksagung nicht allein vnterthänigklich haben gefallen lassen / Sondern auch vor gnugsamb vnd überflüssig erwogen. So zeigen Wir es euch hiermit sämptlich vnd sonderlich darumb an / auff daß ihr die vom Adel / auch Priester / Bürger vnd Bawren / die Kinder haben / welche noch zum studiren geschickt / vnd aber von dem ihrem selbst nicht verleget / noch dabey erhalten können werden / vns dieselben angeben möget. Doch soll derselben

selben keiner vnter 16. Jahr alt seyn / vnd zuvorn seine Grammaticam also gelernet haben / damit er in vnser Universität mit Nutz fürder studiren vnd fortfahren möge / auch von vns an vnsere hiezu verordnete Examinatores, gegen Jehna zum Examen gewiesen / vnd da er von denselben Zeugnis bringet / alsdann ihme nach Gelegenheit derselben endlicher Bescheid gegeben werden. Nachdeme auch nicht vnbillig / daß solche Stipendiaten vns für diese gnädige Vorlage danckbahr seyn: Sollen sie sich verpflichten / daß sie ihr studirn dermassen anlegen / vnd zu Frucht bringen / daß sie zu Weltlichem vnd Geistlichem Regimente mögen gebrauchet werden / vnd dienen wollen / vns zuvorn Dienst anbieten / vnd da wir ihrer für vns selbst am Hoffe / oder in Landen bedürffen / sich jährlichen einmahl in der Pfinstwochen / durch vnsere Examinatores, in Beyseyn eines vnsern gelehrten Hoffraths / den wir iederzeit darzu verordnen wollen / verhöre / vnd wie ein ieder befunden / vns fürder von ihnen sämptlicher

Bericht gethan werden / damit wir wissen mögen/wie solche vnsere gnädige Erhaltung angelegt/ wir vns auch ferner Bewilligung halben haben vernehmen lassen. Dann da wir befinden / daß es an einem oder mehr nicht bewandt / dem oder denselben wollen wir ihre Stipendia iederzeit auffzukündigen vns hiermit vorbehalten haben. Wieviel auch in eine jede Knaben- vnd Mägdlein-Schulen / desgleichen in die Hospitäl vnd Siechen-Häusern / von obberührter / gewilligter Summa gereichet werden solle / das wollen wir nach genommener Erkundung/ vnd gehaltenem Rath / außzutheilen / vnd erblichen zu verweisen wissen zulassen.

§. 36.

Saxoniæ Ducibus jungi meretur Illustriss. Hassiæ Landgravius Philippus, qvi apud Hortlederum Lib. cit. cap. 2. p. 1074. de bonis Ecclesiasticis suæ ditionis sic statuit: Erstlich wollen sein Fürstl Gn. den jenigen / so in den Klöstern bleiben wollen / (dann sein Fürstl. Gn. niemand herausszugehen dringen / sondern

dern einem ieden das frey heim / in sein Conscienz / ob er sich darinn erhalten könte / stellen) sie seynd vom Adel oder nicht / was Standes die weren / an gelegene Orte gnugsame nottürfftige Fürsehung / mit Essen / Trincken / Kleidungen vnd Warmungen thun / welche aber vom Adel sich herauß in die Welt begeben / vnd habig oder reich seynd / denselbigen folgen lassen / das sie hinein gebracht haben / der ieden wollen sein Fürstl. Gn. auß Erbarmung / Christlichen Gemüth vnd Gnaden zum wenigsten hundert Floren mitgeben / vnd die andern Personen / so nicht vom Adel seynd / einem ieden nach Gelegenheit versehen also / daß / welche außgehen / ein ziemliche Abfertigung haben sollen / damit sie nottürfftiglich erhalten / zu Ehren anschicken / vnd bestatten mögen. Welche aber zu bleiben begehren / den wollen Sein Fürstl. Gn. Fürsehung thun / den Weibs Personen an einem gelegenen Ort / vnd den Mans Personen zu Marpurg im Kugel Hauß / daß sie daselbst im Collegio studiren, vnd sonst das Wort GOttes

hören / vnd sich hinfort / Vnverstandes nicht zu beklagen haben mögen. Zum andern haben Sein Fürstl. Gn. vorgehabt in Ihrem Ober- vnd Nieder Fürstenthumb 2. Klöster zu ordnen / darinn die Landsassen von der Ritterschafft ihre Kinder / sonderlich an einem Orth 10. Personen auffzuziehen vnd erhalten sollen. Nachdem aber vielleicht auß dem Bedencken / daß etwa hiernegst wiederumb Mißbräuch darauß erwachsen möchten / oder so ihre Kinder da erzogen werden solten / nicht viel häußliches Brauchs / vnd daß das Armuth auffzuhalten vnd erbawen dienet / lernen würden / gemeinem Adel / dem armen notturfftigen Hauffen / füreträglicher vnd nützlicher seyn geschätzet / daß solche Gefäll in einen gemeinen Kasten fielen / 4. vom Adel / zweyen im Ober Fürstenthumb / vnd zweyen im Nieder Fürstenthumb / beneben seiner Fürstl. Gn. Räthen / darüber verordnet werden / denen iedes Jahr Rechenschafft beschehe / vnd wann es die Notturfft mit etlichen vom Adel / die es begehren würden / erfordern thete /

alsdann

alsdann einer Persohn vom Adel / (deren des Jahrs Achte außgesetzet werden solten) wo es solche Gefäll tragen möchten / 300. Fl. auß solchem Kasten zuzusteweren / wo es aber die Gefäll nicht tragen / daß es alsdann bey 200. Floren / oder so viel die Gefäl ertragen können / bleiben solte / welches dann Sein Fürstl. Gn. auch nicht vor unbequem / und zu Erhaltung des Adels nachdem der S. Fürstl Gn. und ihren Unterthanen zu ihrer Beschirmung und Erhaltung Friedens und Rechtens sehr nützlich / für nottürfftig angesehen / und solches mit ihnen auch eingangen und bewilliget haben. Wetter / damit Ie S. F G. nicht eigennützig / noch in dem ichtes / das ihnen vorträglich / und den ihren nachtheilig seyn möge / zu suchen / verdacht / sondern hierin als ein Christlicher Fürst / dem Armuth und gemeinem Nutz zu gutem gespüret werden / haben sie den ihren vom Adel die gnädige Vertröstung gethan / daß sie unter ihnen 30. Mans-Persohnen / 15. im Obern / und 15. im Nidern Fürstenthumben / die nottürfftig

vnd geschickt weren / sich auch zu gemeinem Nutz / vnd S. F. G. Gefallens gerne brauchen lassen / mit etlicher Stewer / an Fruchtt Korn vnd Habern vnd ihr Behausung Fürsehung thun wollen / damit sie sich in Rüstung erhalten / vnd auff Erforderung desto stattlicher dienen mögen. Zum dritten wollen S. F. G. von den Kloster-Gefällen der Universität zu Marpurg (wie ein billig / herrlich vnd Christlich Ding das sey / vnd wie hoch zu Wiederbringung guter Künst vnd gelehrter Leute es diene / wol ein ieder ehrbars Gemüths abnehmen vnd ermessen kan) erhalten / welches dann die hohe Notturfft / damit männiglich S. F. Gn. Vnterthane seine Kinder in Ehren vnd Tugenden aufferziehen möge / erfordert. Zum vierdten / damit sich S. F. Gn. des Argwohns / eignen Nutzens / gäntzlich entheben / wollen sie alle andere Klöster Gefäll / so über solche vnd andere notürfftige gemeines Nutzens Außgabe überblieben / daß dieselben in einen gemeinen Kasten gefallen / darüber zween von S. F. Gn Räthen / vnd zween vom

vom Adel / vnd auch zween von Städten verordnet werden / denselben sollen die verordnete Voigte iedes Jahrs gebührliche Rechnung thun / vnd dann alle Gefäll in den gemeinen Kasten zu gemeines Landes Notturfft / verwarlich hingelegt / vnd entweder von denen Gütern noch Nützungen hinfüro ohne Vorwissen nichts veräussert noch abgezogen / sondern also beyeinander behalten werden / wo es S. F. G. vnd gemeines Landes Notturfft erfordern wird / daß alsdann solch Geld angegriffen / des Armuths verschonet / vnd mit Schatzung nicht so erschöpffet werde.

§. 37.

De origine, dominio & usu bonorum Ecclesiasticorum diximus. Nunc ad ea, qvæ dictis contraveniunt, transeamus, eademq; extantiora, maximè ea, qvibus Papatus Romanus toti orbi se detestabilem reddidit. Nam ut omnia perstringamus, instituti nostri ratio non permittit. Potiores abusus enotabimus. Huc referimus

bonorum Ecclesiasticorum impiam acqvisitionem, injustè affectatum dominium, malam deniqve administrationem. Qvæ de dominio dici possent, paucis expediemus. Dominium bonorum Ecclesiasticorum falso sibi attribuit Romanus Papa: id qvod ipsi delecti Cardinales exprobrant apud Wolff memorab. Centen. XVI. pag. 399. Verba hæc sunt: *Beatissime Pater, tantum abest, ut verbis explicare possimus, qvam magnas gratias Resp. Christiana DEO Opt. Max. agere debeat, qvod te Pontificem hisce temporibus, ac Pastorem gregi suo præfecerit, eamq; qvam habes mentem dederit, ut minimè speremus cogitatione eas, qvas DEO gratias debet, consequi posse: nam Spiritus ille DEI, qvo virtus cœlorum firmata est, ut ait Propheta, labantem, imò ferè collapsam Ecclesiam Christi erigere decrevit ad pristinam sublimitatem, decoriq; pristino restituere. Certissimam divinæ hujus sententiæ conjecturam cujuspiam alterius habita ratione, tibi significaremus*

abusus illos, gravissimos videlicet morbos, quibus jam pridem Ecclesia DEI laborat, ac præsertim hæc Rom. Curia, quibus effectum propè, ut paulatim ac sensim ingravescentibus pestiferis his morbis, magnam hanc ruinam traxerit, quam videmus. Et quoniam Sanctitas tua Spiritu DEI erudita, qui, ut inquit Augustin. loquitur in cordibus nullo verborum strepitu, probè noverat, principium horum malorum inde fuisse, quod nonnulli Pontifices tui prædecessores prurientes auribus, ut inquit Apostolus Paulus, coacervaverunt sibi magistros ad desideria sua, non ut ab iis discerent, quod facere deberent, sed ut eorum studio & calliditate inveniretur ratio, quæ liceret id, quod liberet: inde effectum est (præterquam quod principatum omnem sequitur adulatio, ut umbra corpus: difficillimus q; semper fuit aditus veritatis ad aures Principum) quod confestim prodirent Doct. qui docerent, Pontificem esse Dominum beneficiorum omnium: ac ideò cum Dominus jure vendat id quod suum

est,

est, necessariò sequi in Pont. non posse cadere Simoniam, ita quod voluntas Pontificis, qualiscunque ea fuerit, sit regula, qua ejus operationes ac actiones dirigantur: ex quo procul dubio effici, ut quicquid libeat, id etiam liceat. Ex hoc fonte S. Pater, tanquam ex equo Trojano, irrupère in Ecclesiam DEI tot abusus, & tam gravissimi morbi, quibus nunc conspicimus eam ad desperationem ferè salutis laborasse, vel manasse harum rerum famam ad infideles usque (credat Sanctitas vestra scientibus) qui ob hanc præcipuè causam Christianam religionem deridenr adeò, ut per nos, per nos, inquimus, nomen Christi blasphemetur inter gentes. Tu verò sanctissime Pater, & verè sanctissime, edoctus ad Spiritum DEI, præter veterem illam tuam prudentiam, cùm totus in hanc curam incubueris, ut sanatis ægritudinibus, Christi Ecclesia tuæ cura commissa, bonam valetudinem recuperaret, vidistis, ac probè vidistis, inde incipiendam esse medicationem, unde primum ortus est morbus:

morbus: secutusq; doctrinam Apostoli Pauli vis esse dispensator, non Dominus, & fidelis inveniri à Domino: Imitatus etiam servum illum, qvem in Evangelio Dominus præfecit familiæ suæ, ut det illis in tempore tritici mensuram, ac propterea decreviſti nolle qvod non liceat, nec vis posse qvod non debes, &c.

§. 38.

Ex hoc ficto Dominio fluxit iniqva exemtio & translatio bonorum Ecclesiasticorum, qvæ graminis materiam subministravit Imperii Proceribus, sicut ex Gravam. XIII. XXIIX. XXXIIX. liqvidò apparet. Non pigebit ipsa Ordinum verba apponere. Grav. XIII. *Insuper & hoc moliuntur summi Pontifices, monasteria aliqvot eximendo, ut ab Episcoporum, eorum scil. ordinariis, ac defensorum protectorumq; aliorum jurisdictione ita exemti, reddantur immunes, immediatèq; subjaceant sedi Apostolicæ: qvæ res non tantum prædictis ipsorum ordinariis ac defensoribus,*

sed

sed & toti Romano Imperio cedit in jactu-
ram, tum, quando collatio pecuniaria pro
Imperij necessitate, viritim Imperij sta-
tibus indicitur. Ita enim fit, ut ipsi per se
ab oneribus publicis exemti, immunitate
sua gaudeant. Dehinc etiam auxiliares
manus Episcopis ac Defensoribus suis,
quod antehac facere necessum habeant,
non porrigant: per quam technam Ro-
mani Imperij attenuantur nervi, ac de-
crescunt plus justo vires. Grav. XXIIX.
Item, post quàm majores Laicorum Impe-
rij Statuum Ecclesias, monasteria, cete-
rasq; religiosas domos, per Germaniam,
ad laudem Omnipotentis ita ampliter at-
que hoc pacto dotárunt, divitiisq; auxe-
runt, quod jam Laici ipsi vix tertiam aut
quartam partem in bonis temporalibus
possident, atque ob eam causam necessitati
tam Ecclesiasticorum, quàm Laicorum
sublevandæ propugnandæq;, ac manu de-
fendendæ paci ac juri publicis, nec non &
in Turcas, cæterosq; Ecclesiæ Catholicæ ac
Sacri Romani Imperij hostes parandæ ex-
peditioni,

peditioni, præ rerum inopia vires minus
suppetunt: ideo negotij ipsius exigit ne-
cessitas, æquitasq; quod sanctitas pontifi-
cia, ita æquè ac paternè rim temperet, ut
Ecclesiastici etiam, tanquam qui ampliо-
res possident divitias; nedum contra Tur-
cas adferendum opem teneantur auxilia-
res porrigere manus, sed adtuendum jus
publicum, ac tranquillum Reipub. Christi-
anæ statum, quotannis pecuniæ quippiam
contribuendum, ita quod ArchiEpiscopi
& Episcopi Ecclesiasticis Prælatis ac Per-
sonis suæ ditioni subjectis, soli ad feren-
dum hanc opem, contributionem prædi-
ctam indicere, jus ac potestatem habeant.
Grav. XXXIIX. Item, licet Dominis
Ordinis Divæ Mariæ Virginis (quos vulgò
fratrum Teutonicorum vocant) ex libera-
litate Romanorum Imperatorum celeberri-
mæ memoriæ, item & Principum, Comi-
tum, & Baronum, in eos collata cæterumq;
nobilium contributa auctione, certa bona
temporalia, ac reditus & census annui, per
Apuliam, Siciliam, reliquamq; Italiam,
empti

emti sint atqve adaucti, non ob aliud, qvam ut contra hostes Christianæ religionis, ad pugnam instructiores forent, haberentq; Germani Nobiles pariter, & fidei Catholicæ propugnatores, unde commodius & honestius vitam militiæ semper paratam vivere possent, & ex bonorum asse præfecturæ ejus Ordinis aliqvot (qvas vulgò Balivias, ac à commeatu Ordini parando, commeaturas vocant) distinctæ sunt & distermin atæ per Classes, qvas & qvietè sine cujuspiam turbatione per multa secula possederunt usurpârunt q; : attamen per præcedentes Romanos Pontifices Ordini prædicto bona talia erepta, ac Cardinalibus, ArchiEpiscopis, Episcopisq;, illisq; nec Germanis, nec præfati Ordinis militaris existentibus collata traditaq; sunt: qvemadmodum & in hunc usqve diem militaris Germanorum Ordo, his ipsis spoliatus, carere cogitur. Insuper priores Rom. Pontifices demus ordinis supra dicti locatas, nato Italo, nempe Hieronymo Veneto tradiderunt ac concesserunt, eumq; ordinis sæpè

nis sæpè dicti insignibus decorârunt, contra Romanorum licet Pontificum ac Imperatorum Statuta ac Privilegia, toties antehac per eorum prædecessores roborata, quibus, ad Germanos tantùm ordinis milites, ut hæc omnia pertinerent, cautum sanctumq; est. Deinde & Romanenses Curtisani, Ordinis suprà memorati domos per Italiam, Bononiæ puta, papalibus bullis ac provisionibus attentare conati sunt: quo facto, ordinem ad litigandum secum Romæ coegerunt. Id quod non ad mediocrem perniciem & ipsius ordinis & totius Germaniæ vergit nationis. Demum Germanis stablore quoque Divi Benedicti monasterium contra fundationis quanquam jura, superioribus paucis equidem annis ereptum est, ac in commendam (ut ajunt) Cardinali Columnæ collatum, quæ omnia in perniciem tendunt ac irreparabile Germaniæ nationis detrimentum: attentatumq; est, quicquid id est, contra jus & fas, ac æquitatem omnem.

Seqvitur

§. 39.

Seqvitur injusta acqvisitio, qvæ prolixiorem flagitat enarrationem. Complectitur enim sacra aucupia & malas artes, qvibus in immensum auctæ sunt opes Papatus. Unde minimè mirandum est, malè parta sæpè indignissimis modis lacerari & dilabi. Qvanqvam id nullatenus excusat Raptores. Sed ad rem. Acqvisivêre Papæ & Papistæ bona, tum ex actibus officii Ecclesiastici, tùm aliunde. Actus officii vocamus ordinationem, absolutionem, administrationem Sacramentorum, consecrationem templorum &c. Loqvimur autem hic de opibus & bonis, qvæ sic acqviruntur, ut in thesaurum Ecclesiæ & Curiæ Papalis redigantur. Nam de iis, qvæ in commodum cedunt privatorum, infrà agendi locus erit. Cæterùm utrobiqve apertissima Simonia est secundum ea qvæ supra tradita sunt, & paulò pòst plenius explicabuntur.

Juvabit

Juvabit & commemorare & legere ea, qvibus majores noſtri miſerandum in modum ſunt onerati & preſſi, ut eò majores & devotiores DEO gratias nos agamus. Exhibebimus qvædam ſpecimina Babilonicæ mercaturæ. Initium faciemus à Pallio Epiſcopali, de cujus compoſitione ſic loqvitur liber Ceremoniarum impreſſus Venetiis Anno 1516. fol. 47. *Promoti ad Metropoliticas, ſeu Parochiales Eccleſias, etiam ſi ſint conſecrati Epiſcopi, non appellantur Archi Epiſcopi: Neqve Patriarchæ, niſi primum acceperint Pallium, de corpore beati Petri ſumtum. Sed electi ad illas Eccleſias: & translati de una Eccleſia metropolitana ad aliam, Non poſſunt uti pallio, qvod acceperant in prima ſua Eccleſia: Et minus pallio Prædeceſſoris defuncti, ſeu translati: ſed oportet qvod de novo petatur pallium, & obtineatur: & interim non poſſunt neq; conſecrare: Synodum celebrare: & alia pleraqve Pontificialia exercere. Debent autem petere pallium*

pallium per se, vel Procuratorem, intra tempus sex mensium. Sunt & quidam Episcopi, qui, ex indulto Apostolico pallio utuntur: ut Lucensis in Thuscia: Papiensis in Lombardia: Bambergensis in Germania: & si qui alij; quo uti debent intra suas Ecclesias, diebus & modo, in Privilegiis à sede Apostolica illis concessis. Cura conficiendorum & conservandorum palliorum ad Subdiaconos Apostolicos pertinet: qui in lana munda, & alba illa hoc pacto conficiunt. Sanctimoniales Monasterij Sanctæ Agnetis: vel religiosi, qui sunt in illa Ecclesia, offerunt quotannis Agnos duos albos super altare illius Ecclesiæ, in die festivitatis Sanctæ Agnetis, dum in Missa solenni cantatur agnus DEI. Qui agni recipiuntur à duobus Canonicis Ecclesiæ Lateranensis: & ab iis postea consignantur Subdiaconis Apostolicis: qui agnos ipsos in pascua mittunt, quoad veniat tempus tondendi ipsos agnos opportunum. Ex his agnis lana tondetur: quæ mixta cum alia lana alba, & pariter munda,

munda, reducitur in filum. Ex qvo pallia hujusmodi contexuntur latitudine digitorum triũ, redacta in orbem ita, ut humeros præsulum ambiãt: à pectore & renibus particulam pendentem habet pallium longitudinis palmi & semis: & in ejus extremitatibus laminas plumbeas tenues ad parẽ latitudinem in finẽ orbiculatas, nigro serico tectas, insutas supra pendẽtes particulares ante & post, & super humeros utros q3. Sic confecta Pallia per Subdiaconos portantur ad Basilicam Principis Apostolorum, & per Canonicos Basilicæ ponuntur supra corpora Petri & Pauli Apostolorum, sub altari majore: Ubi factis ex more vigiliis illa per noctem dimittunt, deinde restituunt Subdiaconis: qvi in loco honesto ea conservant. Post aliqvot ceremonias, Præsul vel Legatus ejus genua flectens ante altare, in qvo jacet Pallium, sic ait. *Ego N. Electus Ecclesiæ N. instanter, instantius, & instantissimè peto, mihi tradi & assignari pallium de corpore beati Petri sumtum: in qvo est plenitudo Pon-*

tificialis officij. Tunc Dominus prior Diaconorum accipiens pallium, de altari imponit super humeros Prælati genu flexi, dicens: Ad honorem Omnipotentis DEI: *& beatæ Mariæ semper Virginis, atque beatorum Apostolorum Petri & Pauli: nec non Ecclesiæ N. tibi commissæ: tradimus tibi pallium de corpore beati Petri sumtum: in quo est plenitudo Pontificialis officij cum Patriarchalis vel Archiepiscopalis nominis appellatione: ut utaris eo intra Ecclesiam tuam, certis diebus, qui exprimuntur in privilegiis ab Apostolica sede concessis: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.* Et post pauca: *Si autem pallium tradendum sit Procuratori in absentia Prælati, Procurator indutus superpellicio genu flectat: ut de Prælato diximus: & petit pallium, & jurat in hanc formam. Ego N. Procurator; & procuratorio nomine, & pro parte Reverendi in Christo Patris & Domini, Domini N. Electi Ecclesiæ, instanter, instantius, & instantissimè peto, mihi tradi & assignari Pallium de corpore beati*

Petri sumtum: In qvo est plenitudo Pontificalis officij: & promitto illi reverenter portare, eidem Reverendo Patri Domino N. Nec pernoctabo in aliqvo loco, nisi una nocte tantùm: nisi perpeditus fuero legitimè: & tunc in Cathedrali ipsius: & si non non fuerit Cathedralis, in collegiata: & si non fuerit collegiata, in parochiali Ecclesia remittam, & honorificè reponam. Sic me DEUS adjuvet, & hæc sancta DEI Evangelica, &c. Hactenus Ceremoniæ. Cæterum carissimè constat hoc vilis pretii palliolum: de qvo audiantur qverelæ ordinum imperii apud Balæum centen. 16 pag. 203. *Sedes Moguntina olim solum dedit decem millia florenorum. Qvæ cum qvidem illic electus dare renueret, sicq; usqve ad mortem suam persisteret, electus post eum confirmationis cupidus, se opponere timuit sedi Apostolicæ, offerens antiqvam summam, puta decem millia florenorum: is nec confirmationem impetrare potuit, nisi & reliqva decem millia simul redderet,*

quæ adhuc extabant, à suo prædecessore nondum persoluta. Sicq; cogebatur dare viginti millia florenorum, quæ tunc indubiè in registrum Cameræ signata sunt, & usque ad nostram ætatem à singulis Archi-Episcopis exacta: & nedum viginti millia, sed & viginti quinque propter nova officia, & novos Pontificum familiares. Tandem excrevit summa usque ad viginti septem millia à solo Archiepiscopatu Moguntino, pro confirmatione ArchiEpiscopi Romam pervenerunt. Et cum Archi-Episcopus Jacobus vix quatuor annos sedisset in Archiepiscopatu, mox post eum electus Dominus Uriel, ad minus viginti quatuor millia coactus est persolvere: quorum partem mutuò forsan accepit à mercatoribus, sed ut illis satisfaciat, imponere coactus est subsidium aut exactionem in suos populos, & pauperes agricolas, quorum aliqui nondum satisfecerunt tributo aut exactioni pro pallio, à suo prædecessore Jacobo impositæ. Sicq; non solùm eviscerantur nostrates, & ad extremam

mam inopiam rediguntur (de qua reverendissimo Domino Bernardino sanctæ Crucis Cardinali, & nuper Legato, constat) verùm etiam incitantur ad rebellionem, & quærendam utcunque libertatem: & ubi possunt, inter se susurrant de sævitia in clerum. Admonendus etiam videtur summus Pontifex, quòd per varia bella terræ Germanorum passim desolatæ sunt, ac per crebras mortalitates numerus viventium diminutus. Sicq; ob paucitatem cultorum, agri pro magna parte inculti jacent, & ipsa telonea diversis eventibus attenuata, & venæ minerales exhaustæ sunt, pereuntq; indies proventus, ex quibus ArchiEpiscopi & Episcopi (aliis etiam honestis & necessariis impensis gravati) sedi Apostolicæ annatam persolvere possint. Non sine causa Jacobus ArchiEpiscopus Moguntinus jam ferè moriens dixit, se de morte sua non adeò dolere, quàm ob id, quod subditi sui pauperes, iterum pro pallio gravem exactionem dare cogerentur. Hottingerus Historiæ Ec-

clesiasticæ Secul. 16. pag. 848. hæc refert: Anno Chr. 1503. *Albertus Episcopus Magdeburgensis Consensu Pontificis eligitur ArchiEpiscopus Moguntinus & Elector, hac de causa, quod quadriennij spatio bini ArchiEpiscopi defuncti essent, quorum singuli pallium triginta millibus aureorum redemerant. Cum igitur Episcopatus aliàs ære alieno obrutus esset, & pecuniam pallij exponere non posset, Albertus suis sumtibus hoc effecit, sumta pecunia mutua à Fuggeris, quam indulgentiis recuperare cogitabat, atq; posita occasionem præbuit Luthero de Indulgentiis disputandi.* Adde qvæ de Johanne Baptista Fererio Alexandri Papæ Datario subnectit. Præter palliorum redemtionem præsente pecunia redimi oportet bullas, bullam principalem, bullam commissionis, bullam absolutionis, bullam ad Capitulum, bullam ad Clerum, bullam ad Populum, bullam ad Vasallos, bullam ad ArchiEpiscopum, bullam ad Regem &c.

gem &c. Videatur Marcus Anton. de Dominis lib. 9 de Repub. Eccleſiaſt. c. 9. num 50. ſeqq.

§ 40.

Secundum locum occupant Anatæ. Sunt autem Anatæ fructus, reditus & proventus primi anni beneficiorum vacantium. Anatarum originem multi tribuunt Johanni 22. multi Bonifacio 9.* De qvo Carrantza: *Hic annatarum (hoſtium potentiam veritus, vel augendæ ditionis Eccleſiaſticæ cauſa, ut aliqvi volunt) uſum beneficiis Eccleſiaſticis impoſuit primus, hac conditione, ut qvi beneficium conſeqveretur, dimidiũ anni proventus fiſco Apoſtolico perſolveret.* Alii utroqve antiqviores eſſe aſſerunt. Occaſionem indicendarum Anatarum præbuerunt bella contra infideles Id qvod urgent Status imperii Grav. 27. *Qvantum ad Annatas attinet, qvas Eccleſiaſtici Prælati Romano Pontifici qvotannis pendunt, qvasq; ante aliqvot annos Germani Principes ſedi Rom. ſub certis usqve an-*

norum metis, eo tamen modo persolvere consenserunt, pecunia hæc ad nihil aliud, qvàm contra Turcas parandam defensionem, Romæ tanqvam deposita, fideliter asservaretur: cùm anni, in qvos præfato modo consensum erat apud Germanos, jam olim effluxerint, ac Annatas depensas non contra Turcas, sed aliò experientia Germani Principes didicerint versas: ea propter per omnes Imperij ordines illud ipsum pro onere non mediocri hic allegatur, supplicatur q3, id qvod in responsione generali Oratori Pontificio data, ac inprimis ex Cæs. Majest. literis ad Sanctitatem Pontificiam eam ob rem scriptis, liqvidò magis reperitur, qvam ob causam laici Status Romani Imperij vela complicanda censuerunt. Olim Pontifices Rom. decimas ex omnibus beneficiis exigebant, qvas prohibuit Concilium Constantiense Sess 49. *Præcipimus & mandamus, jura qvæ prohibent inferioribus à Papa decimas, & alia onera Ecclesiis & Personis Ecclesiasticis imponi districtius observari,*

observari. Per nos autem nullatenus imponantur generaliter super totum Clerum, nisi ex magna & ardua & utilitate universalem Ecclesiam concernente, & concilio & consensu & subscriptione fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium & Prælatorum, quorum Concilium commodè haberi poterit. Nec specialiter in aliquo regno & Provincia, & ipsis non consentientibus, vel eorum majori parte, & eo casu per personas Ecclesiasticas & Apostolica authoritate duntaxat, leventur. Decimis substitutæ Annatæ, majori Romanæ curiæ lucro. Potest enim contingere ut idem beneficium bis tervè & amplius uno anno vacet, quo casu Papa duas tresve vel plures etiam annatas habebit. Sed & annatas reprimere conata est Synodus Basilienſis Sess. 21. *In nomine Spiritus Sancti paracleti, statuit hæc sancta Synodus, quod tam in Curia Romana, quàm alibi, pro, seu in confirmatione electionum, admissionum, postulationum, præsentationum, pro-*

visione, collatione, dispositione, electione, postulatione, præsentatione, etiam à Laicis facienda, institutione, installatione, & investitura, de Ecclesiis etiam Cathedralibus & Metropolitanis, Monasteriis, dignitatibus, beneficiis officiisq; Ecclesiasticis quibuscunque, nec non ordinibus sacris, & benedictione ac pallio, de cætero nihil penitus ante, vel post exigatur, ratione literarum, bullæ, Sigilli, annatarum communium, & minutorum servitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut sub quocunque alio titulo, colore vel nomine, prætextu cujusvis consvetudinis, privilegii vel statuti, aut alia quavis causa vel occasione, directè, vel indirectè: solum scriptoribus, abbreviatoribusq; & registratoribus literarum, seu minutarum proipsorum labore competente salario solvendo. Huic autem sacro Canoni si quis exigendo, dando vel promittendo contraire præsumpserit, panam incurrat adversus Simoniacos inflictam, & in ipsis dignitatibus, ac beneficiis taliter obtentis nullum jus, aut titulum

tulum acquirat. Obligationes quoque, promissiones & censuræ, ac mandata, ac quicquid in præjudicium hujus decreti salubberrimi fieri continget, nullas obtinere vires, atque irrita censeantur. Et si (quod absit) Romanus Pontifex, qui præteris universalium Conciliorum exequi & custodire canones debet, adversus hanc sanctionem aliquid faciendo Ecclesiam scandalizet, generali Concilio deferatur. Cæteri verò pro modo culpæ, juxta canonicas sanctiones, per suos superiores digna ultione puniantur. Hæc Synodus Basiliensis, cujus ad Eugenium Papam verba declaratoria notatu digna sunt, in append. Concil. Basil. *In signum participationum tot & tantorum bonorum operum transmittit sanctitati vestræ decretum de Annatis, vacantiis & communibus servitiis tollendis, prout in ipso decreto statim præsentando clarius continetur. Et dicta sacra Synodus hortatur & requirit S. vestram, quat. velut ipsum decretum in sua curia servare, & alibi ob-*

servari, facere & custodire: quoniam ipsum est conforme legi divinæ, & canonibus Sanctorum Patrum, & dignetur ipsum benignè suscipere, tanquam opus quod principaliter reformandum erat: Quamvis autem P. E istæ annatæ introductæ fuerunt ex causa Passagij terræ sanctæ, nunc autem cessante causa, cessare poterit & effectus, etiam dictæ annatæ hactenus sublevatæ non sunt conversæ in eum usum & finem, propter quem annatæ adinventæ fuerunt, maximè autem quoniam superioribus temporibus in sublevationem dictarum annatarum tantus rigor, tantaq; exobitantiæ, & tot insuper destructiones, & orbationes insignium Ecclesiarum provenerunt, adeò etiam quod in multis Ecclesiis cultus divinus nedum diminutus, sed etiam in totum collapsum reductus existit: multi enim notabiles Prælati, ob non solutionem annatarum innodati censuris Ecclesiasticis multis annis à divinis abstinentes, & tandem plurimi in istis sic mortui, in terra profana inhumati

sunt,

sunt. Alij verò coacti sunt vendere libros, calices, capsas reliquiarum, & ornamenta Ecclesiarum. Alij autem innumerabilia mala, quæ exinde subsecuta sunt in longum enarrare de præsenti supersedemus. Quibus singulis attentis peramplius non expediebat S. Concilio conviventibus oculis pertransire. Unde Pater B. si Alexander sanctæ R. E. & Apostolicæ sedis Episcopus scribens Lucensi Ecclesiæ constituerit & decreverit, quod nullus cujuscunque gradus Clericus pro Ecclesiastico beneficio audeat aliquid conferre, etiamsi fabricæ Ecclesiæ, vel in denariis, seu etiam in usus pauperum donatum tribuendum foret; multò magis decuit sacrum Concilium, quod est speculum & norma cujuslibet vitæ, atque communis actionis, decretare, & ordinare, quatenus peramplius in collatione beneficiorum, confirmationum, electionum, admissionum, postulationum, tam in curia Rom. quàm alibi, nil penitius, ante vel post, exigatur, directè vel indirectè, prætextu etiam cujuscunque consuetudinis,

privilegij vel statuti, aut alias qvacunqve recepta occasione, sacrum namqve Concilium nil novi fecisse videtur, sed antiqvissima jura sanctorum Romanorum Pontificum innovavit. Hactenus Concilium Basilienſe irrito conatu. Neqve enim Pontifices à ſua Simonia ſe dimoveri ulla ratione pati potuerunt. Cæterùm qvàm qvæſtuoſa Rom. Curiæ hæc fuerit annatarum collectio, qvantaq; inde auri vis confecta ſit, dictu incredibile eſt. Non enim tantùm Epiſcopatus & prælaturæ, verùm etiam alia minora beneficia, qvæ electiva dicuntur, qvorum reditus annui non excedunt viginti qvatuor Ducatos, imò & qvæ 12. Ducatorum ſunt, ex conſtitutione Leonis X. Pontificis ſingula penſiones certas Cameræ Pontificiæ perſolvere coguntur, ut author eſt Hieronymus Gigas in tractu de penſionibus qv. 26. num. 2. Vid. Catalogum teſtium veritatis S. G. S. pag. 2056. Unum, priusqvam hinc abeamus, obſervandum,

servandum, annatis analogum qvid olim objectum fuisse Antonino Ephesino, qvod *pro lege atqve decreto, habebat ordinationes Episcoporum vendere pro more reditum.* Pallad. in Dial. de vita Chrysost. memorat Synodum Constantinopolitanam Episcopos vocâsse, atqve ut rationem vocationis suæ redderent, mandâsse, qvi, *Dedimus*, ajebant, *hanc esse consvetudinem existimantes, ut videremur à curia liberari. At nunc, siqvidem honestum est, oramus, ut in ministerio Ecclesiæ simus; Sin autem, vel aurum qvod dedimus recipiamus; qvidam enim ex nobis uxorum nostrarum aurum & variam supellectilem dedimus.* Præcepit itaqve Synodus ab Antonini hæredibus iis aurum restitui, eos verò intra altare communicantes à Sacerdotibus fieri: ne si ista passim permitterentur, consvetudo Judaica, vel Ægyptiaca fieret, vendendi Sacerdotium & emendi. De Judaica consvetudine adeatur Hottingerus Hist. Sac.

N. T.

N. T. Seculo 1. pag. 4. *Sacerdotium sanè in detestandum pecuniæ aucupium fuit mutatum, adeò ut, prout quisque vel plures vel pauciores impendit nummos, dignitatem illam vel obtinuerit, vel amiserit. Hinc Patricides, Patriarcha Alexandrinus refert, Herodem neminem ad sacerdotales evexisse honores, nisi qui donis & pecunia eos redemerit. Et author lib. Juchasin 129. scribit: Exinde (ex quo nempe Hyrcanus ab Herode fuit occisus) & deinceps sacerdotium magnum pretiò fuit venditum. Nempe & hic obtinuit illud;*

Αργυρέοις μάχαι βέλεσι καὶ πάντα νικήσεις.

§. 41.

Seqvitur Taxa Cancellariæ Apostolicæ, cum auri fodinis Peruanis meritò comparanda. Nempe infinita continet aucupia pro gratiis expectativis, pro absentibus, pro simplicibus provisionibus, pro devolutionibus præsulatuum & dignitatum, pro beneficiorum

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864/phys_0202
DFG

neficiorum præventionibus, pro commendationibus & pensionibus, pro beneficiis vacantibus in curia Romana, pro erectionibus, pro novis provisionibus, pro beneficiis vacaturis, pro provisionibus Ecclesiarũ & monasteriorum per consistoriũ, pro commẽdis, pro facultatib⁹ Episcoporũ, pro facultate visitandi, pro expeditionibus in formæ ratione congrui, pro coadjutoribus, pro literis majoris justitiæ, pro officiis Clericorum, & dignitatibus secularib⁹ Ecclesiasticis, pro vicariatib⁹ & feudis, pro absolutionibus, pro Laicis, pro expeditionibus perinde valere, pro fructibus percipiendis in absentia, pro unionibus, pro applicationibus, pro dispensationibus, ad duo, vel tria, vel qvatuor beneficia incompatibia; pro gratia & facultate visitandi per Procuratorem, pro Legitimationibus, pro re pœnitentiaria qvæ latissimè patet, pro privilegiis, pro altaribus portatilibus, pro facultate eligendi confessorem, pro gratiis,

si neutri, & perinde valere; pro dispensationibus super vitiis corporis, pro irregularitatibus, pro infractione votorum Religionis & peregrinationis, pro absolutione casuum Papæ reservatorum, pro Protonotariatibus & promotionibus capellanorum, pro non obstantiis, pro prærogativis, annullationibus, & pro aliis clausulis specialibus, pro defectu ætatis & natalium ad beneficia, pro translationibus, pro confirmationibus & concessionibus alienationum bonorum Ecclesiasticorum, pro indultis Clericorum secularium, pro conservatoriis, pro revocationibus & reductionibus, pro exemptionibus, pro literis minoris justitiæ, pro fundationibus, pro toleramus, ut vocant, seu tolerantiis Concubinarum, Meretricum, & pellicum &c. Edita est Parisiis Anno 1520. taxa Cancellariæ Apostolicæ, & taxa sacræ pœnitentiariæ Apostolicæ. Ex uberrima messe spicilegium repræsentabimus

sentabimus, & in eorum gratiam quibus visa ea non sunt, paucula quæ sequuntur exsignabimus, ut ex ungve leonem agnoscere queamus.

De gratiis expectativis.

Expectativæ ad unum beneficium pro præsente gratiosa Groß. XII. Pro executoria Groß. X Ad duo beneficia gratiosæ Groß. XIII.

De Indultis Laicorum.

Quod ducissa & ejus familia, propter participationem cum subditis mariti sui, qui adhæreat Antipapæ, nullas incurrant sententias & censuras Groß XX. Quod Laicus loco quartæ partis, quam solvebat de injusto, de cætero solvat G. XXV. Quod Laicus non teneatur jejunare diebus, quibus per Ecclesiam astrictus existit, & quod possit uti caso. G. XX. Quod quis possit eligere confessorem Groß XX. Quod quilibet secularis & Ecclesiastica persona in studio possit audire leges & Physicam, & in eis studere G. XII. Quod quidam comes

comes propter infirmitatem diebus vetitis possit vesci carnibus & ovis G. XII. Quod Rex hora matutinali in nativitate Domini possit coram se ensem evaginatum teneri facere: Sicut fieri consuevit coram R.P. G. CL. Quod proponens verbum DEI in praesentia Regis, possit dari indulgentias praesenti Gr. XII. Quod Rex & Regina consequantur indulgentias ac si ivissent Romam. Gross. CC. Quod possit quis comedere carnes tempore prohibito G. XVI.

De Absolutione.

Absolutio in mortis articulo pro uno in forma Gross. XIV. Absolutio pro Rege, qui vit ad sanctum sepulchrum sine licentia cum suis familiaribus. Gr. C. Dispensatio de contrahendo in secundo gradu affinitatis taxata fuit die 20. Decembr. Anno 1481. G. XL.

De Indultis Clericorum singularium.

Quod quis possit promoveri extra tempus ad sacros Ordines. G. XII. Ut Clericus possit

poßit præbendam pingviorem optare non obſtantibus ſtatutis. G XX. Quod prædicator proponens verbum DEI poßit dare certos dies de Indulgentiis G. XVI. Commiſſio reformationis Monaſterij in capite & membris G. XX. Quod officiales Domini Papæ non poßint excommunicari per ordinarios vel delegatos G. XII.

De Conſervatoriis.

Quod corpus alicujus poßit dividi in duabus ſepulturis G. XII. Committitur examinatio teſtium ſuper vita unius ſancti canonizandi Groß. XX.

De Indultis religioſorum & relaxatione juramenti.

Litem quod quis participare poſſit cum excommunicatis & hæreticis. Gr. VIII. Quod fratres poſſint uti certis capuciis in uno loco Groß. XXX. Quod Abbas poſſit benedicere veſtes & calices. Groß. XX. Quod Abbas poſſit abſolvere Monachos apoſtatas Monaſteriorum ſibi ſubditorum G. XVI. Quod Eremitæ non teneantur

ſolvere

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864/phys_0207
DFG

solvere decimam de terris quas colunt manibus propriis. G. XX.

De Dispensationibus super defectu membrorum.

Quod habens maculam in oculo possit retinere Archidiaconatum Groß. XX.

De Indulgentiis.

Indulgentia unius anni pro Hospitali vel Capella. G. XVI. Duorum annorum G. XX. Trium annorum. G XXIV. Quatuor annorum Gr. XXX. Indulgentia tertiæ partis peccatorum. G. C.

De absolutionibus mortuorum.

Pro mortuo excommunicato, pro quo supplicant consanguinei litera absolutionis venit D. J. Carlenos 9.

De absolutione à Simonia. &c.

Absolutio pro eo qui Simoniacè recepit ordines. D. 4. Car 4. Pro illo qui commisit Simoniam in beneficiis, & petit ea retinere. 6. Absolutio qui Virginem defloravit.

ravit. G. VI. Absolutio provitio Simoniæ pro Laico. G. VI. pro Pesbytero, 7. pro Monacho, 8. Absolutio pro perjuro G. VI. Absolutio pro eo qui falsificavit literas Apostolicas. Groß. XVII. vel XVIII. Absolutio pro eo qui interfecit Patrem, Matrem, Sororem, Uxorem, aut alium Consanguineum Laicum. Groß. V. vel VII. Absolutio pro muliere, quæ bibit aliquem potum, & alium actum fecit, per quem destruxerit fœtum in utero vivificatum. G. V.

De Matrimonialibus.

Dispensatio de contrahendo in cognitione spirituali G. LX. Expedivi tamen unam pro Gr. L. sed de gratia. Idem est judicium in secundo gradu, & componitur cum datario in maxima summa aliquando CCC. & etiam CCCCC. & aliàs juxta qualitatem personarum. Et nota diligenter, quòd hujusmodi gratiæ & dispensationes NON CONCEDUNTUR PAUPERIBUS, QUIA NON SUNT, IDEO NON POSSUNT CONSOLARI. In

RI. *In III. aut IV. grad bus conceduntur pœnitentiario, qvia contrahentes se attinent. In II. & III. componitur pro tertio ad Ducatos XXV. si nobiles, ad Ducatos LX. & fit declaratoria super secundo, & non componitur. Absolutio pro eo, qvi usuras occultè exercuit. G. VII. Absolutio pro eo, qvi in Ecclesia cognovit mulierem & alia mala commisit Groß. VI. Absolutio pro Concubinario, & dispensatio super irregularitate, & hoc contra provinciales & Synodales constitutiones. Groß. VII Absolutio pro Laico sacrilego. Gr. VII. Absolutio pro eo, qvi Matrem, Sororem, & aliam consanguineam vel Affinem suam aut Commatrem carnaliter cognovit. G. V.*

De absolutionibus juxta stilum hodiernum R. Curiæ.

Absolutio pro Apostasia. Groß. XX. *Erectio Monasterij, vel Ecclesiæ collegiatæ* G. XL. *Erectio cathedralis Ecclesiæ* Gr. L. Hæc sufficiant. Sed nota non deesse exempla

exempla casuum matrimonialium, in qvibus supra mille Coronatos aut Ducatos pro dispensationibus sit numeratum. Amplius nota valorem monetæ in libro citato expressum. *Ducatus strictus valet 10. Julios & 10. qvatrinos. Ducatus largus valet 10. Julios & 20. qvatrinos. Carlenus valet 33. qvatrinis. Carleni & großi sunt ejusdem valoris.*

§. 42.

Extat Taxa sacræ Pœnitentiariæ apud Wolff. Centen XVI pag 835. Eam totam hic subjiciendam & inserendam duximus, gravissimis moti causis. Nempe volupe erit memoria repetere durissimarum exactionum laqveos, qvibus majores nostri sub densissimis Papatus tenebris constricti tenebantur, ut nostram felicitatem læti lubentesq; agnoscamus, & DEO debitam pro clarissima Evangelii luce gratitudinem præstantes serio caveamus, ne vitiis nostris ad infaustos &

exitiabiles ſcopulos relabamur. Sic habent verba Taxæ.

De cauſis matrimonialibus.

In cauſis matrimonialibus, pro contractu qvarti gradus, taxa eſt turonen. ſeptem, Ducatus unus, Karlini ſex. Si qvi gradus hujus impedimentum ſcientes carnaliter commixti ſunt, taxantur turonenſibus 16. Ducat. 4. Pro legitimatione prolis ſuſcipiendæ in dicto gradu, ſpecialis taxa eſt turon. 9. Ducat. 1. Karlini 10. Qvi ignorantes hoc impedimentum carnaliter copulati ſunt, ſolvunt turonen. 9. Ducat. 1. Karlinos 10. Qvi ignoranter contraxerunt, & ſcienter conſummaverunt, pendunt turonen. 7. Ducat. 1. Karlin. 6. Qvi ſcienter contraxerunt & non conſummaverunt, taxantur turon. 9. Ducat. 1. Karlin 10. Verùm qvando matrimonium ſcienter contractum, & conſummatum eſt, tunc componendum eſt

cum

cum datario. Si per ordinariam authoritatem divortiati prolis ante divortium susceptæ legitimationem petierint, dabunt turon. 9. Duc. 1. Karl. 10. De contracto matrimonio in tertio consanginitatis vel affinitatis gradu, taxa est tur. 14 Ducat. 3. Karl. 4. & præterea componendum semper est cum Datario. In secundo consangvinitatis vel affinitatis gradu dispensatur tantùm per Signoriam Papæ, aut sede vacante, per summum pœnitentiarium: & taxa est turonen 50. Ducat. 12. Karl. 6. In primo gradu affinitatis dispensatur in foro conscientiæ tantùm, & taxa est turonen. 30. Ducat. 7. Karl. 6. Divortium simplex taxatur tur. 7. Duc. 1. Karl. 6. Qvi contraxerunt in cognatione spirituali, taxantur tur. 17. Duc. 3. Karl. 9. Si cognatio hujusmodi fuerit duplex, taxa est tur. 30. Duc. 7. Karlin. 2. In compaternitate dispensatur tantum per Signoriam Papæ, vel sede vacante

per Signoriam ſummi Pœnitentiarii, & taxa eſt turon. 50. Ducat. 12. Karl. 3. Qvando adulter, vel is, qvi fidem de contrahendo dedit, vel de facto contraxit, machinatus fuerit mortem alterius conjugi cum effectu, nunqvam cum illo diſpenſatur, ut cum altera contrahat, ſed in jam contracto tantùm diſpenſatur (dummodò negotium ſit penitùs occultum) in foro conſcientiæ tantùm: & taxa eſt turon. 36. Duc 9. Si qvis mortem conjugi ſuæ machinatus eſt, effectu non ſecuto, nec fide alteri datâ, diſpenſatur, ut mortuâ ſuâ conjuge, cum alterâ contrahat, & taxatur turon. 9. Ducat. 2. Karl 9. Si qvis in matrimonio conſtitutus, vivente adhuc Uxore ſuâ, contraxit cum altera, ignorante ipſum eſſe conjugatum, poſt obitum Uxoris ſuæ tenetur iſtam habere conjugem, novo tamen conſenſu interveniente, nec poteſt fieri divortium, niſi ad inſtantiam alterius generantis

& taxa

& taxa est tur. 9. Duc. 2. Karl. 9. Si qvis conjugem suam, plures annos absentem obiisse credens, aliam duxerit, in eo matrimonio maneat, & durante hâc credulitate debitum conjugale exactus reddat, non autem exigat. Si prior conjux redierit, secundâ relictâ, priori adhærebit: & taxa est, turon. 9. Duc. 2. Karl. 9. Cum eo, qvi perpetuam vovit castitatem, dispensatur in foro conscientiæ tantùm, & taxa est toronen. 16. Duc. 3. Karl. 6. Cum eo qvi vovit, qvòd religionem intrare velit, non tamen solenniter, dispensatur, ut contrahat matrimonium, in foro conscientiæ tantùm: & taxa est tur. 15. Duc. 4. Si clausula accesserit, qvod mortuâ conjuge, votum suum omninò adimplere teneatur, dispensatur tamen, & taxa est tur. 7 Duc. 2. Karl. 3. Si qvis in sacris ordinibus constitutus, (modò id sit occultum) uxorem duxerit, dispensatur cum illo, ut possit in conjugio

 manere,

manere, donec Uxor vixerit, posteà abstineat à matrimonio, & in illo constitutus, officium Beatæ Mariæ Virginis saltem diebus festis dicat, per modum satisfactionis, & taxatur tur. 15. Ducat. 4.

De Ebræis.

Ut Ebræus possit habere Synagogam in domo propriâ, taxatur turon. 30. Ducat. 7. Karlin. 6. Pro licentia erigendi de novo publicam Synagogam, taxa est tur. 60. Duc. 15. Pro licentia medendi cum assistentia taxatur Ebræus tur. 60.

De promotis & promovendis super defectu ætatis.

In sexto anno, vel cum primùm sextum attigerit, pro primâ tonsura tenetur solvere tur. 9 Duc. 2. Karl. 6. In decimo sexto, vel cùm primùm 16. attigerit, ad Subdiaconatum taxatur turon. 12. Duc. 3. Karl. 8. In 17timo taxatur tur. 6. Duc. 2. In decimo octavo ad

vo ad Diaconatum, tur. 12. In 19. turon 6. In vigesimo secundo ad Presbyteratum, tur. 12. Duc. 2. Karl. 10. In vigesimo qvarto tur. 6.

Licentia suscipiendi Ordines.

Qvi suscipit primam tonsuram, & qvatuor minores ordines non ab Ordinario suo, taxatur turon. 4. Duc. 2. Karl. 9. A qvocunqve accipiantur, ad omnes sacros ordines, vel duos, vel unum tantùm, turon. 12. Duc. 2 Karl. 10. Extra tempora ad omnes sacros ordines, vel ad duos, vel ad unum tantùm, turonen. 30. Duc. 2. A qvocunqve recipiente munus benedictionis pro Abbate, turonen. 24. Duc. 6. Et pro Episcopo, turon 24.

De Corpore vitiatis.

Super defectu alicujus membri, dispensatio ad clericalem Characterem, & qvatuor minores ordines, taxatur turon. 6. Duc 2. Super defectu

alicujus membri, dispensatio ad Ordines, vel ad exeqvutivum Ordinem, turon. 16. Ducat. 4. Super defectu digitorum ad qvæcunqve simplicia beneficia, turon. 12. Ducat. 3. Karl. 6. Super defectu visus oculi dextri, taxatur turon. 16. Duc. 4. Super defectu oculi sinistri, dummodò chartam teneat in medio altaris, & non sit magna deformitas, taxatur tur. 30. Duc. 7. Karl. 6. Super defectu utriusqve, vel alterius genitalium, tur. 6. Duc. 2. Pro illo qvi sibi ipsi membrum virile abscidit, tur. 12. Duc. 3. Karl. 6.

De malè promotis.

Qvi minorennis promotus est, turon. 7. Duc. 2. Karl. 3. Sine dimissorialibus literis pro irregularitate, turon. 7. Duc. 2. Karl. 3. Si cum retentione beneficii, turonen. 13. Ducat. 3. Karl. 8. Qvi extra tempora promotus est, tur. 7. Duc. 2. Karl. 3. Et pro retentione beneficii, turon. 13. Ducat. 3. Karl. 8.

Karl. 8. Qvi ficto titulo promotus est in veteri forma, h. e. qvi non juravit, nec testes induxit, turon. 7. Duc. 2. Karl. 3. Qvi prætermissis qvatuor ordinibus, per saltum promotus est, turon. 6. Duc. 2. Karl. 2. Si prætermisso Subdiaconatu, vel Diaconatu de expresso turon. 12. Duc. 3. Karl. 7. Si prætermissis ambobus turon. 18. Duc. 4. Karl. 9. Qvi eodem die ad duos vel plures Ordines promotus est, turon. 6. Ducat. 2.

De bis, qvi ministrant non promoti.

Si in Subdiaconatus vel Diaconatus Ordine hoc fecerint, taxa est turon. 12. Duc. 3. Karl. 6. Si cum retentione beneficii. turonen. 18. Ducat. 4. Karl. 9. Si ministerium altaris exercuerint, & Sacramenta administraverint, cum Presbyteri non sint, taxa est turon. 36. Duc. 9.

De illegitimis.

In prima forma, h. e. ad omnes Ordines & unum beneficium etiam curatum, turonen. 5. Duc. 1. Karl. 7. Et cum clausula permutandi, si petatur, semel tantùm, turon 7. Duc. 1. Karl. 3. Si illegitimus tacito defectu hujusmodi se fecerit, ad aliqvos Ordines promoveri, taxatur turon. 7. Duc. 7. Karl. 3. Ut illegitimus possit unum beneficium permutare, tur. 6. Duc 2. Ut duo, turon 12. Duc 3. Karl 6. Ut tria, turon. 18. Ducat. 4. Karl. 9. Ut possit deservire beneficio patris, illo præsente vel absente turon. 6. Duc 2. Pro exposito, tur. 6 Duc. 2.

De regularibus illegitimis.

Pro religiosis mendicantibus, taxa est turon. 6. Duc 1. Karl. 8. Cum iisdem mendicantibus ad ministrum provincialem, vel prioratum, vel ad alias qvascunqve dignitates, & cum non mendicantibus ad Abbatialem dignita-

dignitatem dispensatur, turonen. 15. Ducat. 4.

De conjugatis cum Unica & Virgine.

Ut illi possint post obitum Uxoris promoveri ad ordines, taxa est tur. 6. Duc. 2. Si volunt gaudere privilegiis, taxantur turon. 9. Duc. 2 Karl. 9.

De bigamis.

Ut gaudeant Clericali Charactere, & qvatuor minoribus Ordinibus antea ritè susceptis, taxantur turon 12. Duc. 3. Karl. 4. Si vero addatur Clausula, si contingat cum aliâ contrahere, taxa est turon. 18 Ducat 4 Karl 9. Si addatur dispensatio ad beneficia simplicia pro bigamo non habente uxorem, adduntur turones 12 & taxa est turon. 24. Duc. 6. Qvi tacita bigamia, cum esset conjux, fecit se clericali charactere insigniri, taxatur tur. 24 Duc. 4 Karl. 6 Pro milite bigamo contra statuta sacræ militiæ vel

ordinis dispensatur, ut gaudeat privilegiis militiæ, & maneat in matrimonio, tur. 18. duc. 4. karl. 9. Pro bigamo non habente uxorem, ut possit ad qvatuor ordines minores promoveri, taxa est turon. 12. duc. 3. karl. 6. Pro bigamo, qvi eo tacito suscepit Ordinem, dispensatur ad altaris ministerium, in foro conscientiæ tantùm, & cum clausula, Nullis &c. turon. 35. duc. 9. Pro bigamo, cum qvo fuit dispensatum per Papam ad ordines sacros, & Canonicatum, dispensatur ad duo beneficia simplicia compatibilia, tur. 24. duc. 6.

De Absolutionibus & Dispensationibus.

Pro eo, qvi interfuit bellis, neminem tamen occidit, vel mutilavit, neqve ad id auxilium contulit, tur. 36. ducat. 9. Qvi judicârunt, vel scripserunt in causis criminalibus taxantur pro qvolibet turon. 37. duc. 9. Qvi violentam

olentam manum injecit in Clericum, vel Presbyterum, taxatur turon. 6. duc. 2. Qvi in Abbatem, vel Prælatum generalem alicujus Ordinis, turon. 12. duc. 3. karl. 6. Qvi in Episcopum vel superiorem Prælatum. tur. 24. duc. 6.

De Mutilatione.

Pro Clero cum suis limitationibus consvetis, tur. 18. duc. 4. karl. 9. Si petatur simplex absolutio absqve dispensatione aliqva, tur. 6. duc. 2. Si qvis mutilavit Abbatem, vel generalem, adduntur turones 12. Si Episcopum, tur. 12. Si Laicus Laicum, datur in foro conscientiæ, & taxatur, turon. 6. duc. 2.

De homicidio voluntario.

Cum homicida voluntario, in minoribus Ordinibus constituto, dispensatur ad unum beneficium simplex, si id non suffecerit, ad secundum: si nec secundum qvidem, ad

tertium, & unà cum absolutione, taxatur turon. 12. ducat. 3. karl. 6. Et ut gaudeat privilegiis clericalibus, turon 18 ducat. 4. karl 9. Et cum inhibitione taxatur. tur 30. duc. 7. karl. 6. Et ad tria beneficia, si petat, turon. 18. duc. 4. karl 9. Si petatur usqve ad congruam sustentationem, turon. 24. duc. 6. Et cum inhibitione tur. 36. duc 9. Si defunctus non est mortuus vulnere, sed alio qvodam casu, nec percutiens animum habuit occidendi, dispensatur etiam ad altaris ministerium, & qvæcunqve beneficia Ecclesiastica. turon. 36 duc. 9. Absolutio ab homicidio pro Episcopo, vel Abbate, vel generali alicujus Ordinis, vel militiæ Sancti Joannis, taxa turon 50. duc. 12. karl. 6. Pro Priore monasterii, vel Protonotario Apostolico, tur 40. duc. 10. Cum homicida voluntario occulto constituto in sacris, dispensatur ad altaris ministerium, & qvæcunqve beneficia Ecclesiastica,

cleſiaſtica, in foro conſcientiæ tantùm, & cum clauſula, Nullis, turon. 36. duc 9. Si plures in eodem homicidio convenerint, pro duobus taxatur tur. 50. duc. 12 karl 6. Si unus in pluribus homicidiis intervenerit, eodem tempore, eodemq; conflictu, taxatur tur 36. duc. 9. Si verò diverſis conflictibus, pro duobus taxatur, tur. 50. duc. 12. karl 6. Si peratur abſolutio ab homicidio pro communitate aliqva, taxa eſt arbitraria, pro ratione loci, prout dominis, correctori, & ofcialibus prv tempore viſum fuerit.

De homicidio caſuali.

Pro Clerico taxatur tur 6 ducat. 2. Si datur aſſiſtentia, fit de ſpeciali, & taxatur turon. 12. ducat. 4. Si petitur abſolutio ad cautelam, taxatur tur. 18. duc. 4. karl. 9. Et ſi addatur aſſiſtentia, tur. 30 duc 7 karl 6. Si qvi occidit, diligentiam, qvam debuit, non adhibuit, taxatur tur. 24. duc 6.

Et ſi

Et si addatur assistentia, taxatur tur. 36. duc. 9. Et si dabat operam rei illicitæ, utpote venando, vel ludendo, vel baculum vel lapidem jaciendo, & similibus, taxatur. tur. 36. duc. 9.

De homicidio necessario.

Si Clericus hoc admisit, sese necessariò defendendo, tur. 6. ducat 2. Si addatur assistentia. tur. 12. duc. 4. Si petierit absolutionem ad cautelam, tur. 21. duc. 5. karl. 6. Si cum inhibitione tur. 36. ducat. 9. Pro homicidio, pro defensione alterius admisso, qvi aliàs evadere non potuit, dispensatur ad alterius ministerium, tur. 30. duc. 7. karlin. 6. Pro Episcopo, vel Abbate &c. absolutio ab homicidio, sive voluntario, sive casuali, sive necessario, taxatur turon. 50. duc. 12. karl. 6. Pro Priore monasterii. &c. turon. 4. ducat. 10.

De Presbytericidio.

Pro Laico, cum forma, in pœnitentia

tia publica, pro una persona tantùm, turon. 6. duc. 2. Pro Clerico simplici, vel Presbytero in sacris constituto, executione suorũ ordinum sibi penitùs interdicta, tur. 6 duc. 2. Si plures fuerint, dummodò in uno & eodem negotio, pro primo taxatur integralitèr, & de de qvolibet aliorum pro medietate. Si unus plura presbytericidia commisit eodem tempore, & in eodem conflictu, non taxatur ultra 6. Si verò diversis temporibus, pro primo taxatur integraliter, & pro qvolibet aliorum pro medietate tantùm. Si Presbytericida commutationem pœnitentiæ publicæ petierit in occultam simùl cum absolutione, turon. 18. ducat. 4 karl. 9. Si hoc petat is, qvi plura admisit Presbytericidia, turon. 18. Qvi Episcopum vel alium superiorem Prælatum occidit. turon. 36. ducat. 9. Qvi Abbatem, vel alium Prælatum generalem. turon. 24. Dispensatio pro Presbytericida, ut possit

obtinere

obtinere beneficia Ecclesiastica. turon. 2. duc. 2.

De Laicidio.

Laicidium in forma pro uno Laico, tantùm turon. 3. duc. 1. karl. 4. Si unus plures in uno conflictu occidit, taxatur pro uno tantùm.

De Parricidio.

Parricidium, Matricidium, Fratricidium, Sororicidium, taxatur pro uno tantùm. tur. 4. duc. 1. karl. 8.

De Uxoricidio.

Taxatur hoc perinde atqve parricidium. Si occisor petierit licentiam contrahendi cum alia, tur. 8. duc. 2. karl. 9. Et pro aliis, qvi marito in eo negotio auxilium præstitêre, augetur taxa duobus turonensibus, pro qvolibet.

De Infanticidio.

Pro uno tantùm, tur. 4. duc. 1. karl. Si Pater, vel Mater, aut Consangvineus

neus infantem oppreſſerit; Si verò extraneus, taxatur tanqvam de Laicidio. Pro Viro & Uxore ſimùl, turon. 4 ducat. 2.

De Abortu.

Pro muliere, qvæ cepit potum ad necandum fœtum, vel Patre, qvi dedit potum Matri, tur. 6. duc. 1. karl. 8. Pro extraneo, qvi procuravit abortum alterius, tur. 4 duc. 1. karl. 5.

De Veneficiis & Incantationibus.

Pro Muliere veneficâ vel Incantatrice, poſtqvàm ſuperſtitiones abjuravit, in qvolibet ſupra dictorum caſuum, taxatur tur. 6. duc. 2.

De Hæreticis.

Abſolutio ab hæreſi priusqvam abjuravit cum rehabilitate, in ampla forma, & cum inhibitione, datur pro tur. 36. duc. 9. Pro Laico cum abſolutione infamiæ, tur. 12. duc. 3. karl. 6.

Et

Et cum inhibitione, adduntur turones 12. tur. 24. duc. 6.

De Sacrilegio, furto, incendio, rapina, perjurio, & similibus.

Absolutio cum rehabilitate, in ampla forma, cum inhibitione, in qvolibet dictorum criminum, turon. 30. ducat. 9.

De Simonia.

Absolutio simplex pro Simoniaco, seu Mediatore Laico, vel Clerico, tur. 36. duc 9. Et cum dispensatione super irregularitate, qvoad Ordines sacros, & illorum exercitium, turon. 6. duc. 2. Si cum dispensatione ad obtinenda alia beneficia, præter illud, supra qvo facta fuit Simonia, materia erit componenda cum Datario Apæ. Si petatur absolutio, tantùm in foro conscientiæ datur, etiam cum retentione beneficii, super qvo facta fuit Simonia,

Simonia, ſive ex eo fructus perceperit, ſive non, cum clauſula, nullus, &c. Et tunc non eſt componendum cum Datario, ſed taxatur turon. 30. duc. 7. karl. 6.

De Lapſu Carnis.

Abſolutio à lapſu carnis, ſuper qvocunqve actu libidinoſo commiſſo per Clericum; cum Monialibus intra & extra ſepta monaſterii, aut cum Conſangvineis vel Affinibus, aut filia ſpirituali, aut qvibusvis aliis, ſive ab unoqvoqve de per ſe, ſive ſimùl ab omnibus abſolutio petatur, cum dispenſatione ad ordines, & beneficia, cum inhibitione, tur. 36. duc. 3.

De Beſtialitate.

Si verò cum illis petatur abſolutio, etiam à crimine commiſſo contra naturam, vel cum brutis, cum diſpenſatione, ut ſupra, & cum inhibitione, tur. 90. duc. 12. karl. 6. Si verò petatur tantùm abſolutio, à crimine contra na-

tra naturam, vel cum brutis, cum dispensatione, & cum inhibitione, turon. 36. duc. 9 Absolutio pro Moniali, qvæ se permittit pluries cognosci intra & extra septa Monasterii, cum rehabilitate ad dignitates illius ordinis, etiam Abbatialem, tur. 36. duc. 9. Absolutio pro Concubinario, cum dispensatione ad ordines, & beneficia, tur. 21. duc. 5. karl. 6. Et cum inhibitione, tur. 36 duc. 9. Pro Laico à lapsu carnis super qvocunqve actu libidinoso, in foro conscientiæ turon. 6. duc. 2. Ab incestu pro Laico, in foro conscientiæ tantùm, turon 4. Si petatur pro utroqve, sc. pro Viro & Muliere, in utroqve foro, turon. 18 duc. 4. karlin. 9. Si cum inhibitione, pro uno tantùm turon. 24. duc. 6. Si pro utroqve cum inhibitione, turon 36. duc. 9. Absolutio ab adulterio pro Laico in foro conscientiæ, turon. 4. Ab adulterio cum incestu pro una

persona

persona tantùm, tur. 6 Pro adultero & adultera simùl, tur. 6. duc. 2.

De variis excessibus.

Absolutio pro eo, qvi corpora excommunicatorum Ecclesiasticæ tradidit sepulturæ, tur. 6 duc. 2. Si cum dispensatione super irregularitate, & ad beneficia obtinenda, tur 9. duc. 2. karl. 9. Si etiam cum retentione obtentorum, tur. 12. duc. 3. karl. 6. Absolutio pro illo, qvi celavit cadaver defuncti, ut beneficia impetraret, turon 6. duc. 2. Si cum dispensatione super irregularitate ad obtinenda beneficia, tur. 9. duc. 2. karl. 9. Si etiam cum retentione beneficii obtenti, tur. 12. duc. 3. karl. 6. Absolutio pro Presbytero, qvi celebravit in loco interdicto ignoranter, tur. 6. duc. 2. Si verò scientèr, non tamen in contemptum clavium, si interdictum erat authoritate ordinaria positum absolutio simplex, tur. 6. duc. 2. Si verò à Papa,

pa, tur. 12. duc. 3. karl. 6. Absolutio pro Presbytero, qvi conjuges in secundo matrimonio benedixit, qvi jam in primo benedicti fuerant, tur. 6. duc. 2. Si cum dispensatione super irregularitate, tur. 9. duc. 2. karl. 9. Si cum retentione beneficii obtenti, turon. 12. ducat. 3. karl. 6. Si Presbyter aliqvos clandestinè matrimonio copulavit, & missam coram eis celebravit, absolutio pro ipsis conjugibus. turon. 6. duc. 2. karl. 3. Et pro Laicis, qvi interfuerunt, augetur taxa tur. 3. pro qvolibet. Absolutio pro illo, qvi obstitit, ne literæ Apostolicæ executioni demandarentur, si Clericus est, cum dispens: ad obtentum, & ad obtinendum, & absolutione infamiæ & assistentiæ, tur. 36. duc. 9. Pro Clerico absolutio simplex, turon. 12. duc. 3. karlin. 6. Absolutio pro Mercatore, qvi transportavit hastas ad partes infidelium, & lucrum nullum reportavit, tur. 12. duc. 3. karl. 6. Si lucrum repor-

reportavit, taxatur similiter, & componendum est cum Datario Papæ. Absolutio pro eo, qvi bona defuncti pro mercede servitiorum defuncto impensorum retinet, & admonitus non restituit, dum modò non excedant debitam mercedem, in foro conscientiæ tantùm. tur. 6. duc. 2. Absolutio pro Episcopo, qvi certis annis & terminis præfixis juravit limina Apostolorum visitare, & ad huc non visitavit, cum injunctione, qvod de cætero promissionem hanc servare velit, tur. 12. duc. 3. karl. 6. Absolutio à spirituali excommunicationis sententia, authoritate ordinaria lata, tur. 6. duc. 2. Si verò authoritate Apostolica. tur. 12. duc. 3. karl. 6.

De Irregularitate.

Absolutio & dispensatio generalis ab irregularitate, tur. 50. duc. 13. Si verò etiam cum absolutione generali â qvibuscunq; dictis, tur. 80. duc 20.

Si super irregularitate incursa ab eo, qvi judicavit in criminalibus vel in similibus sine absolutione, pro præterito, etiam cum absolutione infamiæ, & cum inhibitione, vel secus, tur. 30. duc. 7. karl. 6. Et cum absolutione pro præterito, qvando ea indiget, tur. 26. duc. 9. Si verò petatur simul cum dispensatione de præterito, etiam qvod in futurum possit judicare, vel advocare, tur. 45. Si verò petatur cum utroq; simul dispensatio, scilicet de præterito & futuro, etiam absolutio de præterito, qvando non indiget, tur 50. duc. 12. karl. 6. Pro eo, qvi medendo incurrit irregularitatem, tur. 36. duc. 9. Si verò petatur etiam licentia in futurum, tur. 50. duc. 12. karl. 6.

De sepulturis.

Absolutio ad instantiam cognatorum defuncti excommunicati, sive violenter mortui, ut ejus cadaver in terrâ

terrâ benedicta sepeliatur, tur. 6. duc. 2. Pro Abbate vel Episcopo. tur. 12. duc. 3. karl. 6. Absolutio pro altero conjugũ vivente, altero defuncto, qvi clandestinè contraxerant, tur. 4. duc. 2 karl. 9.

De commutationibus, seu relaxationibus pœnarum.

Relaxatio exilij sive carceris perpetui simplex, tur. 40 duc. 10. Si verò petatur dispensatio super irregularitate, etiam cum retentione beneficij obtenti & absolutione à delicto, tur. 60. duc. 15. Relaxatio exilij sive carceris à 10. annis usqve ad XV. tur. 36 duc. 9. Cum dispensatione super, (irregularitate) & in retentione beneficiorum, tur. 50. duc. 12 karl. 6. Relaxatio exilij sive carceris, à 5. usq; ad 10. annos simplex, & cum absolutione simplici à delicto sine dispensatione, taxatur tur. 23. & duc. 6. Et pro assistentia adduntur tur. 6. Ad qvinqvennium relaxatio simplex, &c: tur.

12. duc 3. karl. 6. Relaxatio suspensionis pro Presbytero, qvi morbo caduco laboravit, & propterea per ordinarium suspensus fuit, & jam per biennium eo morbo non laboravit, tur. 6. duc. 2. Et mandatur Episcopo, ut eum celebrare permittat, alio Presbytero assistente.

De Relaxatione Juramenti.

Relaxatio juramenti ad effectum agendi, pro una persona in uno contractu tur. 7. duc. 2. karl. 3. Et cum inhibitone & absolutione infamiæ, tur. 36. duc. 9. Si sint plures in eôdem negocio, pro qvôlibet adduntur tur. 3. Si sint diversi contractus in eodem negocio inter easdem personas, pro qvolibet contractu ultra primum augentur turon. 3. Relaxatio juramenti pro illo, qvi juravit in unâ Universitate sumere gradum, qvem possit sumere in aliâ, tur. 6. duc. 2. Relaxatio juramenti, qvod absq; salutis

æternæ

æternæ interitu servari non potest, puta in malis promissis, vel turpi voto, tur 6. duc. 2. Et aliter taxatur Episcopus, aliter Abbas, aliter Prælatus generalis.

De Commutatione voti.

Commucatio voti Religionis non solennis, in foro conscientiæ tantum, tur 15. duc. 4. Consimilitèr commutatio voti castitatis non solennis, in foro conscientiæ tantum tur. 15. duc. 4. Absolutio à transgressione dicti voti Religionis, ut valeat remanere in matrimonio, cùm adjecta clausula; qvod si conjugi supervixerit, votum omninò adimplere teneatur, similiter in Foro conscientiæ tantum, tur. 15. duc. 4. Consimilis est absolutio, & taxa voti castitatis. Prorogatio voti sepulchri Dominici vel sancti Jacobi in Compostella, aut liminũ Apostoli Petri & Pauli, propter aliqvas legitimas causas, tur. 9. duc. 2.

karl. 9. Si verò ad biennium tantum, turon 4. Commutatio voti sepulchri Dominici, tur. 12. duc. 3. karl. 6. Et componitur cum Datario Papæ. Commutatio voti sancti Jacobi in Compostella, tur. 12 duc. 3. karl. 6. Et componitur cum Datario Papæ. Commutatio voti sancti Petri & Pauli de Urbe, tur. 12. duc. 3 karl. 6. Et componitur cum Datario Papæ. Commutatio voti alterius cujusq; tur. 6. duc. 2 Commutatio Jeuniorum, & aliarum abstinentiarum, vel alicujus habitus, tur. 6 duc. 2. Si petatur pluribus personis, habentibus connexionem inter se, taxatur pro primo integrè, & pro alijs pro medietate pro qvolibet. Si verò sunt personæ penitus diversæ, taxatur pro unoqvoqvo integrè. Si verò petatur pro capitulo, vel conventu, aut collegio insigni, tax. ad turnenses centum, si commutatio sit perpetua.

De

De commutatione orationum.

Commutatio orationum pro militibus religionum tur. 10. duc 3. karl. 6. Commutatio, sive reductio divini officij pro patiente defectum visus, vel propter aliqvod aliud impedimentum, tur. 12. Si verò mutatur de ritu unius Ecclesiæ ad ritum alterum, tur. 9. duc. 2 karl 9. Commutatio officij pro conventu, vel capitulo, tur. 60. duc. 15. Et si cum facultate anteponendi, vel postponendi, tur. 100. duc. 25.

De commutatione ultimæ voluntatis.

Taxatur tur. 12. duc. 3. karl 6. Si petatur potestas transferendi ossa, vel Missas, vel Ecclesiam, & similia, ultrà adduntur turon. 6.

De Reductione Missarum.

Reductio Missarum propter tenui-

tatem fructum, tur. 12. duc 12. karl. 6. Et cum assistentia, tur. 18 duc. 5. Si ad petitionem Rectoris pro se, & successoribus cum assistentia, tur 30. duc. 7. karl. 6. Si petatur à collegio, vel capitulo, aut universitate, tur. 40. duc. 10. Si cum commutatione ultimæ voluntatis testatoris, taxæ reductionis adduntur tur. 6.

De confirmatione

Confirmatio concordiæ pro privatis personis, licitæ tamen, & juxta Canonicas sanctiones factæ tur. 12. duc. 3. karl. 6. Si pro confraternitate, vel universitate, vel monasterio, tur. 24. duc. 6. Confirmatio concordiæ super rebus Ecclesiasticis, si fiat in forma, si in evidentem, taxatur juxta valorem, &c: Si verò non fiat in forma, si in evidentem, tur. 12. duc. 3. karl. 6. Confirmatio alienationis rerum ecclesiasticarum, taxatur juxta formam, si in evidentem. Confirmatio

tio ſtatutorum ſuper certo numero beneficiorum ſeu beneficiatorum, cum vel ſine aſſiſtentia, tur. 30. duc. 10. Confirmatio ſtatutorum pro Eccleſiaſtica cathedrali, tur. 80. duc. 20. Si verò pro collegiata, tur. 60. duc. 15. Si petatur confirmatio unius tantum ſtatuti expreſſi, ſi ſit alicujus momenti, & Eccleſiæ Cathedralis, tur. 40. duc. 10. Si verò non videtur magni momenti, taxatur ex arbitrio officialium. Confirmationes erectionum, vel reſervationum juris patronatus, taxantur pro ut ipſæ erectiones, vel reſervationes. Et ſic de ſimilibus. Confirmatio unionis perpetuæ factæ per ordinarium ex cauſa, in qva à jure permittitur, turon. 50.

De beneficiis pro pauperibus.

Alternativum beneficium, vel ceſſionis bonorum, vel termini qvinqvennalis ad electionem majoris part. tur. 5. duc. 1. karl. 6. Si cum derogatione

tione ſtatuti innuentis certam formam reddendi, tur. 8. 2 5. Capitulum Odoardus, pro clerico, tur. 5. 1. 6. Si cum abſolutione à cen. tur. 6. 1. 9. Si cum diſpenſatione ab irregularitate, tur 9. 2. 9. Capitulum pervenit, pro Clerico, & beneficiato, tur. 6. 1. 9. Si pro Epiſcopo, duplicatur taxa.

De Declaratoriis.

De declaratoria juris, ſive Religionis, ſive homicidii, ſive alterius cujuscunq; taxatur tur. 6. 21. Exceptis matrimonialibus, qvæ taxantur. tur. 7. 2. 1.

Perinde valere.

Pro eo, qvi perdidit literas teſtimoniales aliqvorum ordinum, tur. 6. 2. Pro eo qvi omiſit in literis aliqvid narrare, qvod ſi narraſſet illas, nihilominus obtinuiſſet, nec aliqvid in taxa alteraſſet tur. 6. 2. Si verò id, qvod eſt omiſſum, non tam facilè fuiſſet conceſſum, non tamen alteraſſet taxam,

taxam, taxatur. tur. 6. 2. Si autem alteraſſet taxam, ſiqvidem in minus qvàm ſex, tur. 6. Si in plus, taxabitur ultra. 6, ad totum illud plus, in qvo prior taxa alterata fuiſſet.

De Licentiis & Indultis

Licentia transferendi parochialem Eccleſiam vel collegiatam, cum omnibus ſuis juribus in monaſterium, tur. 24. 6. Et ſi cum prophanatione prioris loci, tur. 40. duc. 10. Licentia erigendi fontes Baptismales, tur. 24. 6. Licentia erigendi collegiatam, vel commutandi parochialem Eccleſiam, tur. 100. Licentia erigendi Parochialem Eccleſiam, vel Monaſterium, tur. 24. Licentia erigendi, ſeu transferendi cæmiterium, vel oratorium vel capellam, tur. 12 3. 6. Cum prophanatione prioris loci, tur. 24. 6. Et ſi petatur ad inſtantiam univerſitatis, duplicatur taxa. Licentiæ transferendi reliqvias de loco ad locum, de

consensu qvorum interest, non tamen ab urbe, tur §. 2. 9. Licentia pro annexa filiali dependente à parochiali Ecclesia, ut in illa Missæ & alia divina officia celebrari possint in perpetuum, corpora defunctorum sepeliri, & Sacramentum Euchar: ad ministrari, demto festo Paschali, tur. 40. 10. Si verò, ut & fontes Baptismi inibi erigantur, tur. 50. 12. 6. Licentia celebrandi in capellâ non consecratâ, tur 12. 3. 6. Etiam cum licentia transferendi vel erigendi unam capellam, tur. 18 4. 6. Reservatio juris patronatus pro se & hæredibus, tur. 40. 10. Licentia erigendi Apothecas in porticu Ecclesiæ, 12. 3. 6. Licentia erigendi confraternitatem cum confessionali pro utriusqve sexus confratribus; altari portatili, & Licentia in locis interdictis sepeliendi, & Euchar: Sacramentum recipiendi, festo Paschali excepto. tur. 120. duc. 30. Mutatio dedicationis, seu invocationis

sancti

ſancti, &c. tur. 12. 3. 6. Licentia celebrandi ubiqve tur. 9. Licentia celebrandi bis in die, ad vitam unius tantum, turon. 12. 3. 6. Si ad petitionem collegii, vel capituli aut univerſitatis, ſive congregationis presbyterorum ſecularium, tur. 100. 25. Licentia pro conſulibus unius oppidi, tempore interdicti, qvod poſſint in eorum capella facere celebrari d. officia, & inibi ſepeliri, cum clauſulis conſvetis, tur. 100. Altare portatile, turon. 8. 2. 6. Si pro viro & uxore, turon. 9. 2. 9. Si etiam pro liberis, pro qvâlibet, perſona augetur taxa tur. 4. Licentia celebrandi ante diem, tur. 12. 3. 6. Licentia publicandi indulgentias Cardinalium absqve ordinarij licentia, tur. 6. 2. Licentia recitandi horas canonicas ſecundum ritum alterius diæceſis, qvàm ſuæ, turon. 6. 2. Secundum uſum Romanæ Eccleſiæ, tur. 6. 2. Eadem licentia pro regulari, tur.

ri, tur. 9. 2. 9. Licentia anteponendi & postponendi horas canonicas, tur. 9. 2. 9. Et si petatur simul etiam secundum usum Romanæ Ecclesiæ vel alterius, tur. 12. 3. 6. Et si licentia anteponendi & postponendi tantum, petatur pro conventu vel capitulo, tur. 60. 15. Licentia testandi & disponendi de bonis, pro clerico seculari, tur. 13. 3. 6. Pro regulari, dummodò non de acqvisitis ex bonis monasterij, tur. 24. 6. Pro Episcopo titulari, 36. 9. Pro alio Episcopo, 50. 12. Pro Abbate vel commen: totidem. Pro Priore, 36. 9. Pro Protonotario Apostolico. 18. 5. Licentia eligendi confessorem in forma, pro una personâ tantum, 6. 2. Pro viro & uxore, 7. 2. 3. Pro liberis & aliis conjunctis, pro qvâlibet persona augetur taxa, tur. 1. Si non exprimitur illorum numerus, augetur tur. 4. Pro confraternitate, capitulo, vel universitate, in perpetuum, taxa est arbitraria, & haben-

habenda est ratio qualitatis illorum. Pro regulari de licentia sui superioris, *6. 2.* Sine licentia superioris, *12.3.6.* Ut possit stare extra, tu. *6.* Licentia utendi lacticiniis temporibus prohibitis, pro una persona tantum, *6. 2.* Pro totâ familiâ, *12.3. 6.* Pro pluribus conjunctis. *12.3.6.* Pro capitulo, collegio, congregatione, vel universitate, in perpetuũ taxa est arbitraria. Pro oppido & illius districtu, etiam pro Clericis, fratribus, & Monialibus cujuscunqve ordinis, tur. *200. 50.* Habenda tamen est ratio oppidorum. Si pro communitate ratione loci frigidi, & ob penuriam piscium, & olei olivarum, qvæ qvidem communitas talibus lacticiniis uti consuevit à juvenili tempore, tur. *100. 25.* Licentia percipiendi fructus, in absentia, residendo in altero beneficiorum, vel in Romanâ curia, vel studendo in loco, ubi studium viget generale, *9. 2. 9.* Licentia transferendi ossa unius cadaveris, *6. 2.* Si verò pluri-

plurimorum cadaverum ejusdem familiæ pro qvolibet taxatur integrè. Licentia visitandi per *alium* in archidiaconatu, *36. 9.* Derogatio fundationis *alicujus* beneficii, in qva cavetur, qvod nullus possit *obtinere* beneficium, nisi sit *actu Presbyter*, vel qvod illud obtinens non possit obtinere aliud, *12. 3. 6.* Licentia deferendi corpus Christi, si semèl tantum in anno, *12. 3. 6.* Si bis, *20. 5. 3.* Si ter, *30. 7. 6.* Si qvater. *40. 11.* Si qvinqvies, tur. *50. 12. 6.* Si sexies, *60. 15.* Et sic ulterius, pro qvalibet vice addendo decem. Licentia deferendi merces semèl, vel pluries ad partes infidelium, vel alias exercendi mercaturam etiam, locum ordinariorum & qvorumcunq; dominorum temporalium, etiam Regum, Imperatoris, seu qvorumvis aliorum licentia minimè reqvisita, cum derogationibus amplissimis, tu. *24. 6.* Licentia portandi frumentum ad partes infidelium, videlicet

licet propter totam Barbariam, usq; ad *3000.* grossarum salviarum, juxta tenorem privilegij, & literarum Apostolicarum, tur. *50. 12. 6.* Licentia provicario, qvod in absentia Episcopi possit qvæcunq; ornamenta Ecclesiastica, citra tamē corporale, calices & patenas, benedicere, *50. 12 6.* Pro Abbate, pro usu tamen sui monasterij ad ejus vitam, *40. 10.* In perpetuum verò, taxatur. *200. 50.* Licentia medendi tam pro Clerico seculari, qvàm regulari, tur. *30. 7. 6.* Si cum absolutione de præterito, *36. 9.* Si pro Episcopo. *50. 12. 6.* Licentia pro Presbytero, qvod possit studere medicinæ, & mederi cum absolutione de præterito, si artem hujusmodi excercendo in aliqvo excessit, tur. *40. 10.* Licentia audiendi leges pro Clerico seculari, *9. 2. 9.* Pro regulari in conventu, *12. 3. 6* Extra conventum, *12. 3. 6.* Si sine licentia superioris, extra conventum ad Septennium, *18. 4. 9.* Si cum facultate deserviendi beneficio Ecclestastico,

& prædicandi, *21. 66.* Licentia procurandi seu advocandi pro Clerico seculari *30. 7. 6.* Si cum absolutione de præterito, *36. 9.* Licentia exercendi officium notariatus, *12. 3. 6.* Licentia exercendi officium judicis secularis in civilibus tantum *24. 6.* Si verò etiam in criminalibus, cum limitationibus consvetis *37.* Licentia mutandi nomen proprium, *9 2. 9.* Licentia mutandi cognomen vel signum, *6 2.* Licentia reconciliandi Ecclesiam, seu cæmiterium, *12. 3. 6.* Licentia obtinendi canonicatum in cathedrali, pro constituto in *12.* suæ ætatis anno, non obstantibus regulis in contrarium editis, tur. *12. 3. 6.* Pro constituto in *13. t. 6. 2.* Licentia celebrandi inter Græcos græcè & Latinos Latinè, *9. 2 9.* Licentia visitandi sepulchrum Dominicum, *4. 1. 6.* Pro Episcopo de non promovendo, nec suscipiendo munus consecrationis ad annum, t. *30. 7. 6.* De non promovendo ad septennium,

nium, *9. 2. 9.* Licentia celebrandi capite cooperto, *12. 3. 6.* Si pro Episcopo vel Abbate, *24. 6.* Licentia de non residendo pro Episcopo titulari, *18. 4. 9* Licentia obtinendi duo beneficia dissimilia, sub uno eódemq; tecto, *12. 3 9* Licentia qvod Episcopus titularis non teneatur visitare limina Apostolorum Petri & Pauli, propter locorum distantiam, & non perpetuo, *24. 6.* Si perpetuo, *50. 12. 6.* Licentia pro spurio, qvòd possit recipere à patre Laico vel clerico seculari, usq; ad summam ducentorum ducatorum ex legato vel donatione, *12. 3. 6.* Idem à patre regulari habente aliàs Facultatem disponendi: à patre verò regulari, non habente disponendi facultatem, tur. *24* d *6* Licentia piscandi Dominicis vel aliis festis diebus, pro redemptione captivorum ad qvinqvennium, *12. 3. 6.* Si pro conventu, confraternitate, vel communitate, *50. 10. 6.* Licentia pro capitulo cathe-

cathedralis Ecclesiæ qvod possit aliqvas pecunias pro reparatione & manutentione Civitatis contribuere, 24. 6. Licentia adoptandi, ut possit in omnibus bonis succedere, sine tamen præjudicio cognatorum, 12. 3. 6. Licentia vescendi carnibus à Saracenis interfectis, pro qvôdam domino temporali, & in sua familia, 30. 7. 6. Licentia pro muliere honesta cum tribus vel qvatuor matronis ingredi manasterium monialium qvater in anno, in solitâ formâ, 12. 3. 6. Licentia, qvod pater possit filiam introducere in monasterium, ut bonis imbuatur moribus, 12. 3. 6. Licentia recipiendi habitum militiæ S. Jacobi de Spata, à qvôcunqve Prælato, 60. 15. Licentia recipiendi habitum militiæ Jesu C., vel alterius, tur. 30. 7. 6. Et pro muliere, etiam, S. Jacobi, tur. 40. 10. Licentia recipiendi habitum tertij ordinis S. Francisci de pœnitentia nuncupati, à qvocunqve antistite, seu persona

sona in dignitate Ecclesiastica constituta, pro conjugato, tur. *12.3.6.* Indultum, qvod miles sancti Jacobi possit matrimonium contrahere cum vidua, qvod per statuta militiæ est prohibitum, tur. *12.3.6.* Licentia pro religioso, ut possit esse confessor monialium, etiam alterius ordinis, tur. *15.42.* Licentia prædicandi pro prædicatore egregio, tu *36.9.* Et ut concioni ejus interessentes certos dies indulgentiarum conseqvantur, tur. *40.10.* Licentia doctorandi pro Clerico seculari, vel regulari, tur. *12.3.6.* Si cum licentia superioris ipsius: sin minus, tur. *18.4.9.* Licentia pro Abbatissa visitandi domos & terras Monasterij sui, unà cum tribus aut qvatuor monialibus, tur. *24.6.* Licentia pro fratre ordinis Minorum de observantia, qvod possit habere procuratorem, qvi pecunias, qvas ipse suâ industriâ acqvisivit, exigire, & recipere, ac in unius ipsius fratris filium convertere possit, *12.*

sit, t 12.3.6. Licentia utendi camissis lineis, & dormiendi in linteaminibus pro regulari, tur. 12. 3.5. Licentia pro Moniali, qvod non possit reduci ad strictiorem ordinem, qvã professa fuit t. 12.3.6. Licentia pro toto Monasterio petente reduci ad strictiorem observantiam, qvàm professi fuerint, non mutando superiorem, t. 40.10. Licentia transferendi de ordine ad ordinem parem, tur. 15 4. Si ad arctiorem, 12 3. 6. Si totum monasterium petit transferri ad alium ordinem, tur. 50.12.6. Si de ordine ad ordinem longiorem, tur. 24.6. De monasterio ad monasterium ejusd. ord professionis, habitus & observantiæ regularis ejusdem provinciæ, tur. 4.1.8. Si alterius provinciæ, tur. 12.3.6. Si cum usu fructu, dote, & supellectilibus, adduntur, t. 6. Licentia ducendi vitam heremiticam, t. 12. 3.6. Absolutio ab Apostasia pro vagabundo volente redire ad ovile tur. 12. 3. 6. Licentia deserendi habitum subtus, tur. 12.3.6.

De

De Marrania.

Marrania in ampliſſima forma componitur pro Clerico, tur. 60 *15*. Pro Laico, tur. 40. *10*. Et in utroq; caſu componendum eſt cum datario Papæ, nî ſe des vacet, tum datur pro Clerico tur. 8. & pro Laico, tur. 60. Verum qvando non datur in ampla forma, ſed ad exercendum aliqvod officium, undè vivat, cujus ipſe peritiam habet, vel pro Presbytero ad effectum celebrandi, tur. *12. 3.* 6. Niſi ſit ad effectum advocandi, vel medendi, tunc taxatur tur. 24.

§. 42.

Ex his lucem capiunt Gravamina, qvæ anno 1522. Legato Pontificio obtulerunt Germaniæ principes, qvorum in ſuperioribus facta eſt iteratis vicibus mentio. Verba ipſa ſic habent. Grav: *20 Cancellariæ Romanæ regulæ, qvas ad ſua compendia ſubinde excogitare ſolent curtiſani, ac toties ferre & revo-*

& revocare, nec non & aliæ subinde novæ artes excogitari cæperunt, quibus beneficia Ecclesiastica ex Germania Romam eò facilius pertrahantur, aggraventurq3 ita, uti: Si Germanorum quispiam beneficiorum aliquod ambiat, d non aliunde, quàm ex Curtisanorum manu, magna numerata pecunia, aut pensione annua reservata, assequi possit. Negq3 in hoc Curtisanorum inexplebilis auri sitis contenta quiescit, quin novas quotidie artes excogitent: qualis est illa, cum super beneficio aliquo vocaturo, duo aut tria millia aureorum ad futuros casus reservantur collatoribus ordinariis, tam Ecclesiasticis, qàm secularibus, eorumq3 juri ordinario, ac ipsis denicq3 Ecclesiasticis beneficiis in prægrande exitium, perniciem, attenuationem & detrimentum. Nam cum casus aliquis futurarum reservationum existit, assequiturq3 is beneficium, cui prius tot reservata erant super hoc millia, tum ad supremam opem, technas profectò inauditas confingunt, permutationum

scilicet

scilicet reservationem, subrogationem, reservantes sibi ingressum, accessum, atq; alias id genus decipulas, quibus jus ordinarium collatorum ita exhauritur & attenuatur, ut aut nunquam, aut vix tandem post multorum annorum curricula Patroni ac collatores Ordinarij, ad jus suum patronatus pervenire possint. Grav. 21. Nec minus & illud in Romana Curia hucusq; observatum est, ut gratiæ & reservationes pectorales, mentales, generales & speciales regressus, accessus, incorporationes, uniones, & concordata, quod suis vocant excogitatis nominibus, ob pecuniæ & privati lucri amorem, super beneficiis ac prælaturis, præsertim per Germaniam, Curtisanis à sede Romana concederentur. Neq; hoc contentus fuit habendi sceleratus amor, quin & ea ipsa beneficia, ac prælaturæ prædictæ, societatibus mercatorum potentum ære, cum onere census mediocris, sedita, ut debinc latius venderentur, conceduntur. Qua subtili practica atq; techna factum est,

quod plurimas aut certe pingvium beneficiorum magna, si non maxima portio, ex Germanorum manu Romam est translata: quæ beneficia hinc idiotis inidoneis, ac inhonestis etiam personis, non rarò sunt collata: & qvidem nec Germanis, sed Barbaris, qui Germanam linquam neq; loquantur, neq; intelligant, ut in auditum dictu hoc inde sit secutum, qvod ovibus Christi præfecti sunt Pastores, qvorum etsi vocem fortè audierint, non intelligant. Verum gravius inde etiam oritur Germanis onus, qvòd, cum beneficia hæc, & parochiales Ecclesias ipsi propria persona neq; possidere, neq; gubernare possunt (qvod tamen Pastoris officium in primis sibi postulabat) nimirum, ut subditis Parochialibus, & integritate ac innocentia morum, egregium de se præberent exemplum, ut oves suas, tanqvam oves Christi, doctrina solida, sincera, ac ex puris Evangelij fontibus hausta, qvantum ad salutem animarum ovium pertineret, ipsimet Pastores pascerent: eorum neutrum

per

per Pastores illos subdititios curatur. Primum enim ipsi, qui beneficia hæc Ecclesiastica à mercatoribus, quo prædictum est, assequuntur modo, quia propria persona ad possidendum ea sunt minus idonei: ideo hæc eadem aliis æquè, aut longè etiam, quàm sint, ad onus hoc in habilioribus, pro annuo censu locant, non secus atq; Census ac redditus annui ex agris locantur & emuntur, ut is demum habeatur emptor idoneus, qui pluris mercem licitaverit. Ita plane pro precij quantitate elocantur nunc per Curtisanos Ecclesiastica beneficia. Debinc cum ferè fiat, ut majus precium annuum offerat, qui ad Ecclesiæ munus quàm minimum sit idoneus, evenit, ut conductitij illi pastores (an prædiones rectius quis eos dixerit, dubium est) simplici Christi plebeculæ pro Evangelij limpidissimo fonte turbidas, protritas, ac ruderibus oppletas propinent lacunas, dum legendas, quas vocant, sanctorum, nec ab Ecclesia receptas, & Gentilibus fabulis, quàm Christianæ & Evan-

gelicæ doctrinæ, similiores, ad populum Christi, publice in concione docent. Quid enim aliud docerent indoctè docti, ac idiotæ illi, lanam magis quàm salutem ovium ut curarent, munus hoc Ecclesiasticum pecunia etiam non modica conduxerunt? ac mercenarij sunt, non (quod Evangelium abominatur) Pastores. Ita enim fit, ut simplex Christi plebecula, per supposititios hos Pastores, à germana Christi fide, ac in Deum fiducia, in quibus sola requieſcit animæ salus, ad hominum superstitiosa somnia ac commenta, per quæres familiaris mercenariorum conductitiorum potiùs, quàm Christi gloria, augeatur, ducatur, trahaturq; : ac multiplicibus etiam exactionibus interim gravetur plebs Christi, quando hoc solum curant conductores, ut ultra pensionem locatori pendendam, res ipsa eorum quoq; reddatur lautior: expilaturq; interea suis nummis ab exteris nationibus, unde illa nec mutua benevolentia aut gratiarum actio spranda ei est, Germania: quanquam

beneficia

beneficia hæc non ad exteros, sed suos, hoc est, Germanos, ut pertinerent, primum fundaverit. Quapropter S. Rom: imperij status obnixè quoq; rogant, ut præfata onera ac gravamina, per quæ tam immenso pecuniarum Cumulo spoliatur Germania, quæ hinc per Curtisanos malè prodigitur, radicitus ac penitus tollantur & auferantur, ita ut beneficia per Germaniam nemini, quàm natis Germanis, qui personaliter ea possideant (id quod & æquitas & honestas ipsa sibi postulant) post hac conferantur ac concedantur Vide Grav. XXIV. Hactenus gravamina imperij. Unum hic notandum ex Hottingeri historiæ Eccle. sec: XVI. sect: 3. p. 864. Agit ibi de compendio intervertendi legata Ecclesiastica, qvod Papistæ incorporationem vocant. Qvia ejus modò fiebat mentio, placet audire qvæ ex Vadiano allegat Hott: Fatetur ille durâsse suo tempore reliqvias qvasdam ritus veteris sed nullo pauperum fructu;

dum alicubi inferiis peragendis doliola vinaria, & boum armi integri victimariorum humeris ad altaria in cleri alimoniam proferuntur. Ipsi vidimus, inqvit, apud Carnos & Parnones magnam vim panis interdum inferri sacris & cænas sumtuosissimas exhiberi sacrificis, solennes ferias peragentibus. Abbas veò Ansegisus, qvi sub Hludovico Caroli Magni filio vixit, in libro de Hludovici & Caroli legibus tradit, suo seculo bona collata Ecclesiis ita partita fuisse, ut si ditiores essent Ecclesiæ, pauperum usui partes duæ, si tenuiores æqvis partibus inter Clerum & pauperes dividerentur. Atq; utinam hic mos hodiè servaretur. Nam & pauperes suos qvæq; parochia illo tempore, vel de beneficio (sic vocabant Canonem, qvem vulgo ordinantiam vocant) vel per familias alebat, ne aliis Ecclesiis oneri & molestiæ essent, præterea scandalo essent multis,

qvi

qvi ipsi egenos suos ex dominico præcepto alerent. Qvæ omnia qvantumvis Christianæ charitatis officia jamdudum avaritia cleri & otiosorum mendacitas in totum nobis abstulit, suum videlicet faciens & mordicus retinens qvod erat pauperum. Et ferendum qvidem hoc malum videbatur, utcunqve malè locatum, propter principum & urbium eximiam in egenos liberalitatem, qva factum est, ut hactenus non multùm de ingenti illa rapina pauperes sint gravati ac conqvesti: nisi nuper nata incorporationum (qvas vocant) vorago torrentis instar ita cuncta raperet, ut ipsas etiam in rure parochos non mendicos modò, & qvæviſ de plebe flagitantes; sed conductitios etiam & mercenarios effecerit. Qvo in loco rursus mihi admonendus est Lector æqvus, considerare & expendere velit, qàm æqvè nos, qvi donariorum & redituum abusus in ordinem redigimus, nec sine scriptu-

ris & veterum exemplis agimus, à simoniacis illis furti sacrilegiiq; hactenus accusati sumus; cum ipsi interim ter sacrilegi, tot agros, tot decimas, tot reditus, tot census, nullo æqvo jure Ecclesiis ademtos, solo & nuperrimo titulo incorporationis sibi vendicârint? Non modò enim Pontificum & conciliorum decretis (ut nunc scripturas taceam) sed Imperatorum etiam legibus cautum est, de bonis Ecclesiarum non alienandis, qvæ certè hoc iniqvius alienantur, si qvod multorum est, & maximè pauperum, paucorum otio, luxi & fastui vendicatur & deservit. Nemo verò nescit, hoc efferatiorem & intolerabiliorem Ecclesiis esse incorporationis rapinam qvàm Simoniam, qvod hæc velut ex pacto agens usum fructum emit & vendit, illa autem nulla juris formula intercedente solo præsulum consensu non emit, sed adimit, nec solvit, sed vendicat præterea testamenta & legationes

tiones piorum hominum desponsa conscientia tollit & violat etc.

§. 42.

Cæterum ne qvis putet solis Germanis qverelarum materiam fuisse, non ingratum erit lectori audire, qvo pacto Galli Simoniacas papalis curiæ artes & ægerrimè tulerint, & ut medicina fieret, laborârint. Editus est anno hujus seculi Octavo catalogus testium veritatis, opera S. G. S. Cujus Libri Pag. 2057. verba Parlamenti Parisiensis allegantur, qvæ hic subiicienda duximus. *Pii ejus nominis secundi Pontificis tempore vacâsse in eo regno super viginti Archiepiscopatus, & Episcopatus, in quorum beneficiorum annatas & diplomata depensa sint Curiæ papali coronatorum centum & viginti millia. Totidem aureos ex cœnobiarchiis seu Abbatiis, quæ eodem tempore ad sexaginta numero vacarunt, à Pontifice eodem in regno esse redactos. Tum deinde ex Prioratibus, Decanatibus, Præposituris vacantibus,*

non minus aureorum coronatorum centum millia. Præterea constat esse eodem in regno ut minimum, centena millia Parochiarum & filialium Ecclesiarum, ut vocant, quæ incoluntur: harum quælibet, si summatim ratio subducatur, Pontifici Pio non minus 55. coronatos dependit, quæ summa facit vicies quinquies centena millia coronatorum Gallicorum. Atq; hæ exactiones Pontificiæ adeo (ut quemadmodum articulo 71. Parlamentum conqueritur) regnum opulentissimum auro exhauserant, ut ærea tantum & minutior moneta in usu relinqueretur incolis, auro omni Romam exportato: Et paulò post ex libro Legati Magdeburgici: Martini V. Pontificis tempore ex sola Gallia Romam exportata fuisse novies millena millia coronatorum Gallicorum: Quemadmodum Episcopi & Prælati has rationes subducant, non numeratis iis, quæ minorum ordinum Clerici Romam subinde cursitantes, important, qui non rarò omnes facultates suas in eo consu-

consumunt. Plenius de re tota agitur pag. 1952. & apud Bal. Cent XVI. pag. 100. ubi ex commentario Molinei hæc quæ sequuntur, habes. Ut videas inquit, quanta vis pecuniarum singulis annis exhauritur è regno Franciæ, primò innumeri myriades auri expiscantur per eas quas vocant Annatas, seu vacantias Archiepiscopatuum, Episcopatuum abbatiarum, priorat uum, conventualium, & aliorum sacerdotiorũ electivorum. Et hoc tributum exigit Papa ante ullam expeditionem vel traditionem bullarum. Non solum exigit de sacerdotio tunc collato, sed etiam de omnibus aliis Sacerdotibus, quæ impetrans tenet, & qui ut ea simul cum collato novo sacerdotio retinere possit, dispensatum, non obstante, quòd in prioribus collationibus eorundem sacerdotiorum annatas persolvisset. Rursus omnium eorundem novas annatas exigit, etiam ab eodem possessore vel titulario toties quoties eedem modo per novi sacerdotij assecutionem vacant, seu vacare finguntur,

& de novo dispensatur, etiam si bis, ter, aut quater in anno hoc contingat, ita quod sæpius contigit, & visum est in Gallia, eundem prælatum pro eodem beneficio tres aut quatuor annatas integras papæ dependisse, non sine magno etiam imperitiorum & simplicium scandalo, cum peritorum & simplicium scandalo, cum videant feuda & res prophanas semel tantum in vita vassalli domino directo unius anni reditum dependere & adhuc hoc rarò contingere: & casu exigendi contingit, non plus quàm semel in vita vassalli exigi. Quod si unquam maximè hic exclamat sancta illa L. Si quenquam C. de Episcop. & cleric. Quem (inquit) murum integritatis aut vallum fidei providebimus? & auri sacra fames penetralia veneranda proserpit. Quid deniq; cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpitur? cesset igitur deinceps altaribus imminere prophanus ardor avaritiæ, & à sacris aditis repellatur piaculare flagitium, infinitis quoti-

quotannis exigit pecunias, etiam desimplicibus ratione præventionum à decentis circiter annis, contra disciplinam Ecclesiasticam & antiquas canones usurpaturum. Hac enim via nequissima provocantur homines ambitiosi, ut Romam mittant: quin quandoq; vel paupere versuram facientes huic aleæ se committant. Quin etiam (ut aliquando vidi) viles, imò famuli, ad furta etiam domestica alliciuntur, ut inde cum trapezetis papæ, spe venandi beneficia, negocientur: adeò ut nonnunquam ad idem beneficium tres quatuor vel sex (ut vidi) per simoniaci hæresis trapezetas (ita vocat eos textus cap. 1. 23. dist:) Romam mittant, vel etiam pro eodem beneficio quandoq; plures bullæ pretium numerantes. Nihil enim ad eos de exitu, lucro, vel damno emptoris, seu collatarij, modo pretium habeant. Et hac via non solum affligitur regnum in pecuniarum ingenti euacuatione, sed & in morum depravatione, disciplinæq; Ecclesiasticæ corruptione.

Hac enim arte Romana non solum irritantur, qui suapte natura sunt ambitiosi, sedetiam & majores & minores provocantur, ut prostrata vera disciplina, ambitioni & avaritiæ studeant: cumq; multi eandem aleam subierint, & unus tantum ex currentibus bravium obtinere possit, sese litibus infinitis, nec non odiis & vexationibus invicem atterunt & conficiunt, hic scilicet interim officij Ecclesiastici cura subeat. Propter resignationes in favorem: quæ licet quandoq; de idoneis sincerè fieri possent, ut sunt exempla veterum c. petisti 8 9. c. 1 8. 9. 1. & hoc etiam admittit Ægid. Bellamere: tamen papa majoris cujusdam religionis prætextu in universum prohibuit, sed ut sibi soli hoc genus negociationis exercere liceret, ut eventus docuit. Ratione commendarum. Ratione vacantium in curia quovis modo. Est enim recens inventum novorum Pontificum: & ut cunq; Clemens tertius in c. 2. de præbend. in 6. jactat antiquam consvetudinem talem esse,

tamen

tamen illa prætensa consvetudo etiam post ejus obitum non erat ab omnibus agnita & recepta, tantum abest, ut vivo Clemente tertio, & multo minus ante eum, antiqva fuerit, ut patet in C. inter cætera de præbend. extra: ubi Cœlestinus tertius, successor dicti Clementis, non declaravit, nullam esse collationem ordinarij factam de beneficio resignato, in manu sui decessoris: qvod non omisisset, si qvid tunc fuisset de illa prætensa consvetudine, qvæ tamen sensim cum reliqvis abusionibus cancri more serpit; & qvia non mox compressa fuit, pro lege venerari cœpit, inqvit Rex, in C. mala consvetudo. 8. dist. Propter infinitas dispensationes, puta ætatis, ordinis, beneficiorum incompatibilium, puta numeri, ordinis, certi monasterii, & tecti, tum dispensationis variarum specierum irregularitatis, sive corporalis vitij vel delicti, vel ceremoniæ omissæ aut præpostertæ, tum dispensationem in gradu prohibito matrimonij, vel affinitatis canonicæ, inventa etiam arte qva gradus

distende-

distenderentur. Hinc enim acervi pecuniarum Romam fluunt, ubi non erubescunt publicas & graves & taxas prostare, velut leges certo præscripto pretio refingendas Vidi, qui ultra mille aureos numeraverunt pro dispensatione commentitiæ cujusdam quam spiritualem cognationem vocant. Et nuper simplex prioratus à Rupe Guidonis, in diœcesi Carnotensi, non conventualis, nec electivus, ob curam animarum & minorem ætatem impetrantis, constitit Romæ nongentis aureis: & tamen impetrans arresto Parisiensis Senatus & precium & mercedem amisit, ob levem quandam omissionem vel subreptionem dispensationis, & justè quidem amisit. Sed indignum & pudendum est, Romanos institores & trapecitas sic Ecclesiæ Gallicanæ illudere, & tam ingentem & auream messem pro illius vexatione & difformatione percipere. Ab infinitis privilegiis, exemptionibus, gratiis, quas vocant non visitandi, confirmationibus privilegiorum, homologationibus concordatorum, transactionum

actionum sub beneplacito Papæ factarum, permutatione beneficiorum cum dispensatione, vel pensionis creatione, aut alia negociatione jure communi vetita. De mandatis. singuli enim Papæ infinita propè concedunt mandata, cum quilibet ordinarius uno, si decem vel quinquaginta ad suam collationem vel præsentationem habet, duobus mandatis, ab unoquoq; papa gravari possit, & pro singulis mandatis circiter viginti ducati exiguntur. Hinc ingens vis pecuniarum eruscatur, & quanquam non possunt nisi unum vel ad summum duo mandata super singulis ordinariis concedi: tamen tot venduntur & bullantur, quot sese redemptores offerunt & numerunt periculo suo. Propter aliud genus aucupii, quam pœnitentiariam Papæ vocant, propter absolutiones casuum Papæ reservatorum, infractiones vel commutationes votorum, translationes monachorum non solum de uno monasterio ad aliud, sed etiam de uno ordine in alium, potestatis ingrediendi quævis mo-

vis monasteria, altaria deferendi, & alia innumera mensæ pœnitentiarij Papæ deputata. Propter confessionem vel confirmationem condonationum, quas vocant indulgentias Papæ, quæ mirum in modum non solum in magnis templis, sed etiam in privatorum quorundam aediculis multiplicatæ sunt, adeo ut jam vulgus hoc genus τῆς καπηλικῆς irrideat: tamen ab institoribus & lucrum inde quærentibus, quandoq; centum vel quinquaginta aureis Romæ redimuntur. In Creandis protonotariis, & aliis notariis (quos Apostolicos vocant) & Episcopis, quos Rota vel aulici Papæ nullatenances vocant, vulgus Gallorum portativos, quidam ludibrij causa portatitivos, vocant. Propter bullas & commissiones novarum fundationū, vel immutationis antiquarum, vel reductionis regularum monasteriorum in secularem statum, vel restitutionum in integrum, & infinitorum rescriptorum ad lites, etiam in his quæ jure communi per ordinarios expedire deberent: ex quibus etiam non computato primo annatarum articulo,

tempore Ludovici Undecimi inventum est, ultra ducenta millia aureorum singulis annis regno efferri. Quare idem Rex omninò vetuit Romam quicquam deferri, vel ullam bullam inde avehi. Certum est autem, hodie quantitatem illam ad minus duplicatam esse, tam propter augmentationem populi, plus media parte ab illo tempori aucti, quàm propter augmentationem taxarum Curiæ Romanæ. Postquam autem locum pragmaticæ subintravit concordatum, & sic locus apertus est annatis, cepit ultra quantitatem præcedentem (quæ circiter quater centum millia aureorum ascendit) alia similis quantitas annatarum nomine extrahi. Præterea cæperunt multi Curiæ Romanæ Judici, archiepiscopatus, episcopatus, abbatias & pinguiora beneficia regni possidere, quorum reditus singulis annis regno evehuntur: ita quòd singulis annis ferè decem myriades (quem milionem vocant) soleant Regno Romam evehi. Unde nihil unquam redit, sed vel

in luxu

in luxu Romanæ curiæ consumitur, vel inimicis, Regis datur. Nullæ enim negotiatio mercaturæ ad usum hominum milis nobis cum illis intercedit. Aliæ quidem nationes bonas & utiles pro pecunia inferunt, justa & æqvali commutatione: Romana verò Cruia Plumbum duntaxat, nisi qvòd (ut dentes cadmi) ingentia seminaria & anfractus litium, pro ingentibus acervis auri ingerit. Hæc Molinæus de Regno Galliæ. Qvæ ut clariora appareant, justam profectò causam habuit regnum Galliæ, turpissimam Simonis Magi officinam è finibus suis exterminandi & in libertatem, qvàm Christi meritis sanctissimis debemus, mascula pietate semet restituendi. Id factum est Rege Carolo Septimo, sub qvo ordines omnes, in Bituricensi generali conventu concurrentes, pragmaticam sanctionem promulgavit, de qva Duaren. de sac. Eccl. min. & benef. lib. 5. c. 2. *Nihil* inqvit, *ea constitutione popularius in Gallia nihil majore bonorum*

norum omnium plausu unqvam exceptum fuit. Ante ejus promulgationem, infinitæ emanabant ex aula Pontificis Romani diplomatæ, quæ ordinem Ecclesiasticum, & Hierarchiam perturbabant omninò atq; pervertebant. Antestitib. ordinandorum Ecclesiæ ministrorum adimebatur & è manibus extorqvebatur facultas. Indignissimi qviq; passim ad munera Ecclesiastica (viris sanctitate & doctrinâ commendalib. prætextis) promovebantur. Et qvod longe turpissimum, ac bonis moribus maximè contrarium est non eorum modo qvi è vivis excesserant, sed superstitum etiam, spirantiumq; hominum sacerdotia, beneficiaq; in diem mortis eorum, cujus captandæ dabatur occasio, conferri solebant. Præterea lites & controversiæ de rebus sacris & spiritualibus Romæ disceptabantur, contra veteres canones, & alia qvædam hujusmodi qvotidiæ designabantur, qvæ sigillatim hic recenseri non est necesse, ex qvibus omnibus malorum ac incommodorum jlias exoriebatur.

batur. Nam præter neglectam religionem, cultumq; divinum, qvo nihil potest exitialius dici, exhauriebatur res nummaria pecuniis omnibus ad sacerdotiorum nundinas, 1. Romanam aulam exportatis. Nisi fortè qvis credat, aut gratis fuisse concessa, aut parvo constitisse ea Romæ, qvæ magna ex parte ad qvæstum excogitata esse nemo est adeo rerum imperitus ut non intelligat. Subditqve paulò post idem Autor: *Proinde Rex Christianismus Carolus, cum universa Galliæ suæ Ecclesia facile adductus fuit, ut Eugenij cavillationibus valere jussis, tam necessaria eò tempore decreta, qvasi cælitus ad se demissa complecteretur, & sanatione sua confirmaret.* Decreta hæc Basiliensia in Gallia sic accepta & corroborata, Ecclesiam Gallicam (verba sunt Mar: Ant: de dom. de Republ. Eccl. Lib. IX. C. IX. num. *104.*) tenuerunt; donec instinctu Diaboli, Franciscus, Leoni X morem gerens ad concordata devenit. Qvæ & Bullas & annatas,

licet

licet non reservationes magnarum Ecclesiarum Pontifici restituerunt.} Mysterium tamen iniqvitatis tunc actum esse affirmat Genebrardus, qvò perditam, inqvit, Ecclesiam Gallicam cernimus. Hinc enim ejus pernicies, in ea omnis generis hæreseon, simoniarum, fiduciarum seminarium, scientiæ, virtutis, Pietatis, exterminatio, regni Pestis. Sic periit libertas Ecclesiæ Gallicanæ.

§. 43.

Sed his nondum contenta est Romana bestia. Qvin qvotannis die Jovis qvæ festum Paschatis proximè antecedit, solenni excommunicatione ferit omnes principes seculares, etiamsi imperiali & regali præfulgeant dignitate, qvi sine expressa Papæ Licentia Clericis onus qvodcunqi imponunt & ursupatæ hactenus per inauditam tyrannidem potestate Papæ ullomodo derogant. Eam rem lubentius Petri Molinæi verbis expromimus qvàm nostris. Is hyperaspis, Lib. 3. cap. 12. rem apprimè observandam

dam commemorat. *Reges Galliæ, inquit, capiunt ex clero sui regni decimas, quæ falsò vocantur decimæ, cum vix sint centesima pars proventus Ecclesiastici. Ob hoc crimen Reges Galliæ quotannis à Papa diris devoventur, & solemni excommunicatione implicantur, die Jovis quæ proximè diem Paschatis antecedit. Illa enim die Papa sedens in throno eminenti, ante Petri palatium, habens ad dextram & sinistram aurem duas caudas pavonum ad abigendas muscas, pronunciat per duos Cardinales Diaconos et assistentes, Celebrem illam bullam de cœna Domini, in qua inter alios excommunicantur quicunq; exigunt à Clero decimas, taleras, præstantias & alia onera (hæc enim sunt verba Bullæ) absq; Romani Pontificis speciali & expressa licentia. Ibi quidem non nominatur Rex Galliæ, sed actio quæ ei est usitata exprimitur. Atq; ut scias Regem peti, & Papam in regnum Galliæ digitum intendere, in eadem Bulla percelluntur diro Anathemate, quicunq; admittunt appellationes*

tiones à gravamine, quas Galli vocant appellationes ut ab abusu, quæ in Gallia non sunt infrequentes, per quas qui conqueruntur se injustè opprimi in foro Episcopali, provocant ad judicia secularia. Quin & Excommunicatione decima quarta ejusdem Bullæ disertè nominantur, Parlamenta, Cancellarij & Consiliarij, qui ad se trahunt Causas spirituales, id est, quæ non sunt Clericalis aut Episcopalis cognitionis, quamvis agatur de pecuniis, & damnis civilibus. Quibus verbis non obscurum est designari judices ordinarios regni Galliæ, hæc enim nomina in sola Gallia usurpantur. Ac ne quis putat in hac Bulla Reges excipi, adduntur in eadem pericope hæc verba, quorumcunq; principum secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunq; præfulgeant dignitate. Sed in Gallia bona Patrimonialia Episcoporum pendant Regi vectigal. Quod crimen Toletus lib. 1. instructionis Sacerdotum cap. 29. §. 2. dicit decimo octavo capite hujus excommuni-

cationis comprehendi, sic loqvens: imponentes collectas super bonis patrimonialibus Ecclesiasticorum excommunicati sunt. Est ergò qvod miremur tantam in tantis Regibus patientiam, qvos cum Papa qvotannis publicè diris devoveat, & Anathema qvod est in Ecclesia Romana maximè solemne, & atrox in eos contorqveat, eum tamen tam impensè colunt nec postulant, ut Clausula istius Bullæ, qvæ nos directè ferunt, expungantur. Hæc Molinæus optime. Et profecto mirum est, Christianos Principes tanta patientia rem planè intolerabilem ferre & de castiganda Romæ petulantia, atqve in ordinem redigendo urbis Episcopo totoq; clero Romano, qvi Cardinalium titulo falso superbit, deqve amoliendo brutissimo fulmine serias cogitationes non suscipere. Sed hæc Deo omnia sapienter & justè disponēti atq; tempori relinqvēda sunt. Hæc obiter.

§. 44.

Prolixiores fuimus in percensendis au-

dis aucupiis Romanis, qvorum tamen inire certum numerum fuerit ἐκ τ ἀδωάτων. Si hæc proletaria & obvia essent, facile Lectoris fastidium & tædium extimescendum foret: at in pauciſſimorum manibus cum hæreant, veniam nos (nam applausum hæc collectanea non morantur) facilè impetraturos confidimus. Et qvoniam interest Ecclesiæ Christi, sæpius recogitare illa mala, qvæ sub jugo Antichristi Rom: abunde passa est, non suffecerit fortè in genere ista nôsse, nisi paulò specialius illa capita attingantur, ex qvibus maximam rem fecerunt Romanenses. Simoniam tractandam susc. primùs: res ipsa & argumentum paulò pressiùs, salva tamen necessaria brevitate, inhærere jubent illis, inqvibus maximè conspicua ratio estsimoniæ. Talia sunt indulgentiæ, jubilæi, fulmen deniq; banni & excommunicationis. De qvibus nonnihil addendum. Cæterum

nihil attinet nostra hic legere, ubi rerum & Authorum testimoniis fide dignis res demonstranda venit. Loquantur ergò porro illi, qvibus fidem denegare nefas esse arbitramur. Et de indulgentiis qvidem audiantur Imperij Proceres Grav. 3. seqq. *Illud importabile jam olim increbuit Romanarum indulgentiarum onus, qvando sub persona pietatis, cum aut basilicas Romanas construere, aut profectionem in Turcas parare polliciti sunt Romani Pontifices, omnem à simplicibus nimiumq; credulis Germanis exuxerunt pecuniarum medullam. Et qvodlongè majoris est faciendum, per has impostoras, ac earum conductitios praecones & praedicatores, profligata est Germana Christianorum pietas, dum qvi extrudere volebant venales suas bullas, laudes suis mercibus occinebant, miras & inauditas condonari per emptitias has condonationes nedum noxas praeteritas aut futuras viventium, sed & defunctorum vita existentium*

in pur.

in purgatorio (qvod vocant cantores illis indulgentiarum) igni, modò numeretur aliqvid, modò tinniat dextra. Atq; his mercibus nundinationibus simul & spoliata est are Germania, & Christi pietas extincta: qvando qvilibet pro precij, qvod in has merces expenderat, modo peccandi impunitatem sibi pollicebatur. Hinc stupra, incestus, adulteria, perjuria, homicidia, furta, rapinæ, fœnora ac tota malorum lerna semel originem sibi traxerunt. Qvod enim malorum amplius jam horrebunt mortales, qvando, sibi peccandi licentiam ac impunitatem, nedum in vita sed & post obitum, are, licet immodico, comparari posse à nundinationibus illis indulgentiariis, semel persvasum habent? maximè Germani, qvibus per hos veræ pietatis fucos, sub religionis persona, nihil persvaderi difficile est: ut ingenio planè ad pietatem credulo est Germania. Et licet indulgentiæ hæ non semel in hoc ad Germanos missæ sint, qvasi ex corrasa earum venditione pecunia, fideles contra

Barbaros esſent tutandi ac defendendi: eventu tamen compertum habent Germani, pecuniam hanc non in rem fidei, aut aliam Reipubl. Chriſtianæ neceſſariam, ſed in propinquorum luxum, ac ſublevandam familiam ipſorum eſſe verſam, quo uno bina hæc nata ſunt perquam maxima incommoda, quòd & offendicula orta ſunt ſimplicibus, & quod nunc Germani, toties ſentientes luſam fidem, cum verè res jam poſtulat, ut contra Turcas inſtituatur expeditio bellica, nullis rationibus perſvaderi patiuntur, ut credant, quod res ipſa ferè notorium facit, ita ſcilicet inſtare cervicibus noſtris crudeles Turcas, ſuſpicantes ſemper, prioribus ſimile quippiam agi. Quæ una ratio eſt, ut tam ægrè manus contra Turcas jungant. Quantorum ergo malorum, & in rebus temporalibus, ac Chriſti fidelium conſcientiis, cauſæ fuerint Romanæ indulgentiæ, ſanctitas Apoſtolica pro ſublimitate captus ſui, exigua opera, vel inde, ſi non ex re ulla alia, conjectura conſequi poterit. Præterea

terea Papalis sanctitas, cæteriq; Episcopi, ac Ecclesiæ Romanæ columnæ, casus aliquot suæ tantum absolutioni fecerunt, quorum si unum aut alterum commiseris, jam aut numerandum aut absolutione tibi carendum est: nempe quòd in hoc reservati sint, ut vel inde nummorum aliquid eis accrescat. Quod ex eo conijcere licet. Quod casibus etiã quantumvis pro tempore honestis aut necessariis nunquã tamen, nisi numeretur aliquid, dispensant. At si nihil attuleris, numerarisue, indispensatus perpetuò maneas, oportet. Verũ siquis quod numeret, habeat, jam nedum præsentes indulgentur harum constitutionum transgressiones, sed & in futurum impunè, ut eas ipsas transgredi liceat, indulto permittitur. Quo fit, ut ansam inde accipiant ij, cum quibus ita dispensatum est, pejerandi, homicidia, adulteria & similia flagitia perpetrandi: quando quilibet ex Sacerdotum vulgo absolutionem emittiam, virtute indulti, his impartiri potest. Quæ malorum seges tota ex habendi libidine, auriq; sacra fame,

quæ nunc Ecclesiasticorum nonnulli miserè excruciantur, originem ducit. Est & aliud indulgentiis vendendis addictum hominum genus, quos stationarios vulgo vocant, hi rusticorum plerumq; abutuntur simplicitate, dum omnes vicos, villas, pagos, angiportus, omniaq; peragant castella & oppidula, prædicantes sancti cujus piam, Valentini puta, Huperti, Cornelij, Anastasiive sanctimoniam: ac quantum ad rem familiarem addat, si quotannis hunc vel illum munusculo aliquo, quod eis, stationariis scilicet, in commodum cedat, demulceas. Inscribentesq; debinc simplices sub sancti alicujus numen ac tutelam, promittentesq;, ut hoc aut altero morborum genere vacaturus sit, qui eis annuum censendum penderit. Quæ omnia in hoc excogitata sunt, ut simplices illi ad vivum usq; exugantur. Nam primum hoc negotium à sancto Antonio cæptum, in innumera morborum genera debinc assvevit diduci: Ita ut vix supersit morbus nunc aliquis, cui stationarij non & peculiarem

sanctum,

ſanctum, tanqvam taberna vel negotiationi, præpoſuerint. Proceſſit q; eò usq; mali ſerpigo, ut Pauperum ac ſimplicium illorum Qvæſtuarij ac ſenatorij prædicatores, ſangvinem vorent & medullam: dumq; illi una cum liberis ſuis neceſſariis ſpoliantur, in deliciis & luxu plus qvàm Sybaritico degunt ſtationarij. Hactenus Imperij Proceres. Cæterum qvanta vis auri argentiqve ex indulgentiis conflata ſit, dici vix poteſt. Etenim ſcrutarii indulgentiarum & æruſcatores Pontificij fidem mortalibus faciebant, qvod ſi literas indulgentiarum nummis redimerent, ſe ſecuros eſſe de ſalute ſua. Item qvod animæ è purgatorio ſtatim evolent, ubi contributionem in ciſtam conjecerint. Deinde tantas eſſe has gratias, ut nullum ſit adeo magnum peccatum, etiam (ut ajunt) ſi per impoſſibile qvis matrem Dei violaſſet, qvin poſſet ſolvi. Item qvod homo per iſtas indulgentias liber ſit ab omni pœna & culpa.

culpa. vide Hott. sec. 16. p. 778. & 854. seqq. etc.

§. 45.

Prætenditur indulgentiis salus hominum, sed vera earum causa est auri sacra fames. Tantum enim abest, ut saluti hominum promovendæ Indulgentiæ inventæ sint, ut potius portam flagitiis qvibuscunqve pandant (licentia enim homines deteriores fiunt) & profligatis pietatis exercitiis salutem qvàm maximè subvertant. *Indulgentiæ fiunt ad relevandum indigẽtiam Ecclesiæ, qvæ non relevatur per solam voluntatem dandi, sed per datum* inqvit Augustin. de Ancona de potest. Papæ qvæst. 30. art. 3. Cæterum merus fucus est, qvod de plenariis & plenissimis indulgentiis omnium peccatorum à pœna & culpa fabulantur: nullæ enim pœnæ remittuntur, nisi fictitiæ Purgatorii similesqve. Adeoq; ne in indulgentiis acqvirendis tepesceret hominum fervor

vor, semper subjectæ sunt Purgatorii flāmæ, qvas ut devitarent miseri mortales id egerunt, ut bullis indulgentiæ plenissimæ instruerentur, qvas cœlorum Ianitori exhiberent, atq; recta in cœlum liberi evolarent. Aut si id impetrari non posset, ut saltem in Purgatorio minus diu torqverentur. Hinc est, qvod Pet. Lomb. non dubitet pronunciare *in purgatorio celeriorem absolutionem contingere divitii qvàm pauperi* lib. IV. sent. dist. 45. Et Albertus Magnus, *tot posse fieri suffragia pro uno aliqvo, qvod statim in momento liberetur, & ideo in hoc casu meliorem esse conditionem divitis, qvàm pauperis, qui habet unde suffragia fiant pro ipso, unde proverb. 13. dicitur. Redemtio viri divitiæ ejus* de offic. Miss. tract. 3. cap. 16. Mirari fortè animum subeat, cur sœpè indulgentiæ aliqvot millium annorum concedantur, qvandoqvidem humana vita angustis sane spatiis continetur. Chamiater Pans. Cathol. Tom.

III. lib. XXIV. cap. V. num. 20. Bullas complures istius modi allegat, indulgentias multorum millium annorum offerentes. Nobis sufficiat qvædem inde depromsisse. *Papa Pelagius ad perpetuam rei memoriam dedit & concessit omni die qvadraginta octo annos & totidē qvadragena de indulgentiis. Item in dicta Ecclesia est Lapis, in qvo D. Jesus Christus reliqvit vestigia pedum suorum, & ibi conceditur omnibus benefactoribus etiam visitantibus tria millia annorum, & qvadraginta dies indulgentiarum. Item Papa Gregorius, Sylvester, Alexander, Nicolaus, Pelegius, Honorius, Johannes concesserunt & qvilibet eorum concessit omni die septem millia annorum indulgentiarum, omnibus benefactoribus, ac etiam visitantibus. In adscensione domini usq; ad Kal. Augusti omni die qvatuor millia annorum indulgentiarum. Item in die sanctorum Fabiani & Sebastiani Martyrum conceduntur tria millia annorum & qvadraginta dies indulgentiarum.*

Item

Item omnes indulgentiæ prædictæ duplicãtur in quadragesima & in festis duplicibus & triplicibus & maximis memoratorum sanctorũ. Item in die consecrationis altaris sancti Sebastiani, in octavis sancti Martini, omni die septem millia annorum indulgentiarum, & quadraginta dies &c. Et in alia Bulla: *obtinent q; dicti benefactores singulis diebus vitæ eorum unum annum & quadraginta dies indulgentiarum, & per omnes primos dominicos mensium tria millia annorum, & totidem quadragesimas. Item in singulis festivitatibus domini nostri Jesu Christi, ac Virginis gloriosæ septem annos & totidem quadragenas. In festivitatibus Apostolorum duo millia annorũ. Item à festo resurrectionis domini nostri, us q; ad octavas, singulis diebus duo millia annorũ. Item à festo adsceasionis ad us q; octavas singulis diebus octo millia annorũ. Item à festo corporis Christi us q; ad octavas duo millia annorũ. Item à nativitate beatæ Virginis us q; ad octavas 3000. annorum. Item à festo assumtionis us q; ad octavas singuli diebus duo*

millia annorum. Item à festo omnium sanctorum usq; ad festum Sancti Leonardi singulis diebus tria millia annorum etc. etc. Qværes, cur annorum tot millia indulgeantur iis, qvi vix sexaginta annos vivunt? Fingunt Papistæ, pro singulis peccatis *mortalibus luendam* esse pœnam septem annorum. Cum autem homo singulis diebus multa peccata mortalia committere possit, qvorum singulis debeantur pœna septem annorum, tanta liberalitate indulgentiæ sunt dispensatæ, ut multis annorum millibus, qvibus pœnitentiâ agere mortales, siqvidem tamdiu vivere datum fuisset, secundum canones oportuit, sufficere possent. Qvid est pietatem impedire & destruere, si hoc non est? Et qvid est Simoniacis artibus rem facere, si hoc non est? Vide Cham. loc. cit.

§. 49.

Priusqvam hinc abeamus placet unum atq; alterum exemplar indulgentia-

gentiarum ſubiicere, ut hinc Vulturum Romanorum inſaniſſima avaritia tantò luculentius pateſcat. Prius occurrit apud Bal. centen. 16. p. 102.

Indultum datum duci Wirtembergico Ulrico.

Beatiſſime Pater, ut animarum ſaluti devotorum oratorum veſtrorum illuſtriſſimi Vdalrici Ducis Wirthembergenſis & Tech. ac comitis montis Peligardi, Conſtantienſis diæceſis, ac duodecim aliarum perſonarum per eum ſemel duntaxat nominandarum, conjugatorumq;, uxorum ac utriusq; ſexus liberorum, ſalubrius conſulatur, ſupplicant humiliter ſanctitati veſtræ oratores præfati, qvatenus eis & eorum cuilibet ſpecialem gratiam faciatis, ut confeſſor jdoneus ſecularis vel cujusvis ordinis regularis Presbyter, qvem qvilibet eorum duxerit eligendum, ipſos & eorum qvem libet,

libet, à qvibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, qvavis occasione vel causalitatis ac votorum qvorumcunqve, & Ecclesiæ mandatorum transgressionibus, perjuriorum, & homicidij causalis vel mentalis reatibus, manuum violentarum in qvasvis personas Ecclesiasticas, non tamen prælatos, de præterito injectionibus, jejuniorum, horarumqve Canonicarum, ac divinorum officiorum, & pœnitentiarum injunctarum in toto vel in parte omissionibus: nec non ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis qvantumcunqve gravibus & enormibus, de qvibus corde contriti & ore confessi fuerint, etiamsi talia forent, propter qvæ sedes Apostolica meritò foret consulenda: de reservatis, exceptis, contentis in Bulla Cœnæ domini, semel in vita & mortis articulo,

culo, de aliis verò, eidem sedi non reservatis casibus totiens, qvotiens opus fuerit, absolvere, & pro commissis pœnitentiam salutarem injungere: vota verò qvæcunq; ultramarinarum visitationum, liminum Apostolorum Petri & Pauli de urbe, ac Jacobi in Compostella, religionis & castitatis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare: & juramenta qvæcunqve, sine juris alieni præjudicio, relaxare: nec non semel in vita & mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem & absolutionem autoritate Apostolica impendere valeat. Qvodqve liceat Duci ac nominandis Nobilibus, aut Graduatis, vel presbyteris, & eorum cuilibet habere Altare portatile cum debitis reverentia & honore, super qvo in locis congruentibus & honestis, etiam non sacris, & Ecclesiastico interdicto ordinaria autoritate suppositis, dummodo causam

non

non dederint hujusmodi interdicto, etiam anteqvam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, in sua & familiarium suorum domesticorum præsentia, Missas & alia divina officia per se ipsos, qvi presbyteri fuerint, celebrare, seu per alios sacerdotes celebrari facere, ac tempore interdicti hujusmodi divinis interesse, ac Eucharistiam & alia Ecclesiastica sacramenta, sine alicujus præjudicio, præterqvàm in Pascha resurrectionis dominicæ, recipere. Et ut decedentium eorum corpora Ecclesiasticæ tradi possint sepulturæ, sine funerali pompa. Et insuper, ut unam aut duas Ecclesias, aut duo vel tria altaria in partibus illis, ubi eos residere contigerit, qvadragesimalibus, & aliis temporibus & diebus stationum urbis Romæ, qvas vel qvæ qvilibet eorum duxerit eligenda, visitando, tot & similes indulgentias ac peccatorum remissionis consequantur, qvas con-

seque-

seqverentur, si singulis diebus eisdem singulas dictæ verbis & extra eam Ecclesias, qvæ à Christi fidelibus propter stationes hujusmodi visitari solent personaliter visitarent. Præterea, ut qvadragesimalibus & aliis temporibus prohibitis, de utriusqve medici consilio, ovis, Butyro, caseo, & aliis lacticiniis & carnibus uti, frui & vesci liberè, & absqve conscientiæ scrupulo: Cæterum, ut singulæ oratrices præfatæ, unà cum aliis qvatuor honestis mulieribus per ipsarum qvamlibet eligendis, qvater in anno qvæcunq; monasteria Monialium, cujusvis etiam sanctæ claræ ordinis, de licentia inibi præsidentium ingredi, & cum iisdem monialibus conversari, dummodo ibidem non pernoctent, possint & valeant: concedere & indulgere dignemini de gratia speciali, Non obstante constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & Cancellariæ Apostolicæ regulis cæterisq; contra-

contrariis qvibuscunqve. Et de reservatis, exceptis, præmissis semel in vita & mortis articulo, ut supra. Et de non reservatis sedi prædictæ casibus totiens, qvotiens opus fuerit. Et de commutatione votorum, & relaxatione juramentorum, ut præmittitur. Et de plenaria remissione & absolutione semel in vita, & mortis articulo. Et de altari portatili cum celebratione ante diem, & in locis interdictis, ut supra. Et qvod tempore interdicti corpora oratorum Ecclesiasticæ tradi possunt sepulturæ. Et de indulgentiis stationum urbis, visitando Ecclesias vel altaria ut suprà. Et de esu Ovorum, butyri, casei, & aliorum Lacticiniorum, ac carnium, ut supra. Et de ingrediendo Monasteria Monialium pro oratricibus præfatis, ut suprà. Et cum derogatione Cancellariæ Apostolicæ regularum in contrarium edictarum. Et qvòd præsens indultum duret, nec censea-

tur

tur revocatum, vita oratorum durante. Et qvod præsentis indulti sola signatura sufficiat, absq; aliarum expeditione literarum. Et qvòd præsentium transsumtis etiam, pro unoqvoq; oratore separatim confectis, non facta mentione de aliis, ac manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, plena fides adhibeatur. Fiat, ut petitur Alexãder, miseratione divina sãcti Eustachij sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Decanus Cardinalis, Farnesius nuncupatus, universis & singulis præsentes literas inspecturis, visuris, lecturis pariter & audituris salutem in Domino sempiternam. Notum facimus & attestamur, qvòd literas originales confessionales, qvarum copia præinseritur, vidimus, legimus, tenuimus, & diligenter inspeximus, easqve manu propria sanctissimi Domini nostri, Domini Leonis Papæ decimi FIAT, UT

PETI-

PETITUR, signatus fuisse & esse, reperimus. Idcirco pro parte suprà dicti illustrissimi Domini Udalrici, Ducis Wittenbergensis, in præinsertis literis originalibus principaliter nominati, reqvisitum, sine expensione aliorum nominum per eum semel nominandorum, transsumi & exemplari mandavimus, decernentes & volentes ac prout idem sanctissimus Dominus noster Papa in eisdem literis voluit & decrevit, qvòd hujusmodi transsumto in judicio & extra, ac ubiq; locorum plena fides adhibeatur, qvalis & qvanta dictis originalibus adhiberetur, si in medium producerentur. In qvorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes literas fieri, & per Notarium publicum infrà scriptum subscribi & publicari mandavimus, sigilliq; nostri jussimus & fecimus appensione cummuniri. Datæ Romæ in domibus nostris solitæ residentiæ,

sub

sub anno à Nativitate Domini millesimo qvingentesimo decimo septimo, indictione qvinta, die verò decima mensis Aprilis, Pontificatus præfati sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Leonis, divinâ providentia Papæ decimi, anno qvinto, præsentibus ibidem venerabilibus viris, dominis Stephano Rosino, Ecclesiarum cathedralium Freysingensis & Pataviensis canonico, ac Casparo Wirth, Collegiatæ Eccleſiæ Zett. præpositо, & Ernesto Bano Ecclesiæ Collegiatæ Georgij & Martini Tüwingen Canonico, testibus ad præmissa vocatis specialiter, atq; rogatis Et ego Bartholomæus de Thædolis Clericus, Nicien. Diæcesis, publica apostolica & imperiali auctoritatibus Notarius, & in Archivo Romanæ Curiæ descriptus, qvia præmissis omnibus, dum sic, ut præmittitur, agerentur, unà cum prænominatis testibus præsens interfui: ideo hoc

præsens

præsens publicum transumti Confessionalis instrumentum, manu mea scriptum, exinde superscripsi & publicavi, signoq; ac nomine ac cognomine meis solitis ac consvetis appositis, una cum præfati Rever. domini, domini Alexandri, diaconi Cardinalis sigilli, appensione signavi, in fidem præmissorum rogatus & reqvisitus.

§. 47.

Alterum exemplar debemus industriæ Hottingeri pentade miscellanearum dissertationum pag. 550. seqq.

Leo Papa X.

Universis præsentes literas inspecturis pateat, qvaliter propter eleemosynariam contributionem, factam juxta formam Apostolici indulti infra scripti, in subsidium Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, concessum est ut Burkhardus Würtz/ Johannes & Anna, Parentes ejus, una

cum

cum Contrinis suis uti, *(Magnificus & Nobilis Dominus Antonius Spilman, cum Uxore sua Dn. Dorothea Rossin, cum filiabus suis, & Ægidio Patre suo, cum tota familia sua. Hæc manu Samsonij in alio exemplari Bernensi annotata erant)* potiri & gaudere valeant beneficio & indulto Apostolico per literas sub plumbo datas, Romæ apud Sanctum Petrum, in subsidium & reparationem Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, à sanctissimo Domino nostro Leone Papa X. noviter emanatas, anno incarnationis Dominicæ M D.XVII. decimo octavo Cal. Octobris, Pontificatus verò ejusdem anno qvinto. Et facultatis sive promissionis à Præfato S. D. N. in & super eisdem literis concessæ & factæ, Reverendissimo in Christo Patri, & Domino D. Christophoro de Forlivio, Tituli sanctæ Mariæ in ara cœli Presbytero Cardinali ac totius ordinis Minorum Ministro generali super XXV. Provinciis in

Bulla numeratis. Et sub qvibus etiam tota Italia, Sicilia, Corsica, Creta, Cyprus, Rhodus, usqve ad Hierosolymam, Dalmatia, Crovatia, Bosna, Ungaria, Austria, Bohemia, Polonia ac Insulæ maris mediterranei continentur. (Et pari formiter) *(Hæc Parenthesis in Bernensi Bulla non habetur, sed ejus loco. Et consequenter mihi infra scripto, tanqvam ab eo prædicta authoritate Apostolica deputato & delegato:* In margine verò: *ac etiam Præfati S. D. N. Papæ nuncio & commissario Apostolico generali in partibus Dominorum Helveticorum, prout patet in literis Apostolicis, datis Romæ in forma brevis apud S. Petrum XV. Novemb. Anno 1517. hæc manu ipsius Samsonij)* facultatis & generalis commissionis motu proprio, & ex certa scientia authoritate Apostolica extensa & ampliata. Reverendo Fratri Bernhardino Sanson de Mediolano, Ordinis fratrum minorum de observantiâ ad patres & ad

loca

loca dilectorum filiorum Elveticorum duodecim Cantonum, & illis confœderatorum, ac ad Civitates Diœcesum, & loca Valesii & Curii, sive Grisonum, prout patet per literas Apostolicas in forma brevis datas, Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XV. Nov. Anno M. D. XVII. Pontificatus ejusdem S. D. N. Papæ Leonis X. anno qvinto) qvantum ad infra scripta videlicet. Qvod Præfati possint idoneum eligere Confessorem Presbyterum, secularem vel regularem, cujuscunqve ordinis, etiam Mendicantium, qvi confessione eorum diligenter audita, pro commissis hactenus, tempore electionis, per eos excessibus, delictis & peccatis qvibuscunqve, etiam sedi Apostolicæ reservatis; Et à censuris Ecclesiasticis, etiam qvarum absolutio dictæ sedi reservata foret. Etiam de his, qvæ in Cœna Domini reservantur, (præterqvam occasione machinatio-

nis in personam summi Pontificis: Occisionis Episcoporum, aut aliorum superiorum Prælatorum, & injectionis manuum violentarum in illos, aut alios Prælatos. Falsificationis Bullarum, aut literarum Apostolicarum. Delationis armorum, aut aliorum prohibitorum, ad partes infidelium, Aluminum Tulphe. Ac de partibus infidelium ad fideles, contra prohibitionem Apostolicam delatorum incursis (non tamen sub spe & prætextu præsentis concessionis) ac prævia satisfactione de jure petenti) in vita semel, nec non in articulo mortis, & qvotiens de illo dubitatur, Absolutionem & remissionem ac plenariam indulgentiam impendere, in non reservatis verò casibus & censuris licet aliis inferioribus Papa, forent reservati, totiens qvotiens id petierint, absolutionem impartiri, ac pœnitentiam salutarem injungere. Ac qvæcunqve tunc per

eos

eos emissa vota (ultra marino, ingressus religionis ac castitatis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare. Omnia insuper juramenta in qvibusvis contractibus, instrumentis & obligationibus (præterqvam in forma Cameræ) apposita ad effectum agendi duntaxat, relaxare. Et ab iisdem, nec non à qvocunqve perjurio absolvere valeat. Similiter præfati eligentes, Qvadragesimalibus & aliis temporibus prohibitis ovis, butyro, caseo, & aliis lacticiniis, ac etiam carnibus, de Utriusqve Medici Consilio uti, frui & vesci liberè & licitè, & absqve conscientiæ scrupulo possint. Nec non omni tempore anni, etiam in die Paschatis, & in mortis articulo (sine tamen Rectoris & proprii Curati præjudicio) Eucharistiæ Sacramentum ubicunqve voluerint, & à qvocunqve Presbytero seculari vel regulari devotè suscipere. Et si personæ nobiles

aut Presbyteri extiterint, altare portatile, qvod cum debitis reverentia & honore retineant, & super qvo in locis ad hoc congruentibus & honestis, etiam non sacris, & Ecclesiastico interdicto, generali & speciali, tàm Apostolica, qvàm ordinaria auctoritate suppositis (dummodo hujusmodi interdicto causam non dederint) habere. Etiam anteqvam eluceſcat dies (circa tamen diurnam lucem) in sua ac suorum domesticorum præsentia, juxta formam capituli, *alma* de sententia excommunicationis, *libro sexto*. Missas & alia divina officia per se ipsas, qvi Presbyteri sunt, aut pro tempore erunt, celebrare, seu per alios Sacerdotes celebrari facere. Tempore qvoqve interdicti istiusmodi divinis interesse & eorum corpora (sine tamen funerali pompa) Ecclesiasticæ tradi sepulturæ. Ac demum tot & similes indulgentias & peccatorum remissiones, qvas si singulis diebus

diebus qvadrageſimalibus, & totius anni ſingulas dictæ urbis, & extra Eccleſias, qvæ à Chriſti fidelibus propter ſtationes dictæ urbis aſſeqvendas viſitari ſolent, perſonaliter viſitarent, aliqvam vel aliqvas Eccleſiam (*in Bern. Bulla; Pro ſtationibus conſeqvendis conceditur, ut eligant qvamcunqve Eccleſiam voluerint dicendo Ter Pater Noſter, & totidem Ave Maria*) vel Eccleſias, juxta ejusdem Nuncii & commiſſarii ſeu Deputandi, vel deputandorum aut ſubdelegandorum ab eo providam ordinationem ſuper hoc faciendam devotè viſitando, & in capſis ad hoc in ſubſidium dictæ fabricæ per eosdem deputandis, pias eleemoſynas effectualiter porrigendo conſeqveretur, auctoritate apoſtolica per dictas literas conceſſa, conſeqvi poſſint & valeant. Conceditur etiam, Apoſtolica auctoritate, ut accipiens iſtud Confeſſionale, & juxta ordinationem commiſſarii & ab eo

deputatorum, manus adjutrices ad opus fabricæ porrigens, omnium spiritualium bonorum, qvæ fient in tota universali sacrosancta Ecclesia militante, particeps in perpetuum fiat. Constitutionibus & Ordinationibus ac literis Apostolicis qvorumcunqve Prædecessorum Rom. Pont. Præsertim Pauli II. & Sixti IV. qvibus expresse & sufficienter per dictas literas derogatur, cæterisq; aliis in Contrarium facientibus, non obstantibus qvibuscunqve. Ad hæc præfatus sanctissimus Dominus noster, per prædictas literas inhibet ordinariis & aliis qvibuscunqve, sub excommunicationis latæ sententiæ, & qvingentorum Ducatorum auri fabricæ prædictæ applicandorum pœnis, ne post concessionem, confessionem & absolutionem hujusmodi de præmissis casibus, se qvovis modo intromittere, vel tales contribuentes, qvò minus hujusmodi facultatibus & gratiis

liberè

liberè uti, potiri & gaudere valeant, impedire aut molestare, aut ipsi Commissario vel delegandis aut subdelegandis ab eo, aut eorum ordini regularis observantiæ, modo aliqvo in præmissis, vel eorum occasione detrahere. (*in Bernensi adduntur sequentia: aut easdem delictas, indulgentias & facultates emisse, vel super eis cum aliqvo convenisse, & composuisse præsumant asserere*) ista tamen confessionalia non se extendunt ad communicationes votorum emissorum, sive absolutiones peccatorum commissorum ante receptionem illorum, qvia tunc de emissis votis, sive commissis peccatis aliàs reservatis debent absolvi sive dispensari à Deputatis, suffragabuntur autem postea pro futuris. In qvorum omnium præmissorum fidem, ego frater Bernardinus Sanson De Mediolano, Ordinis Minorum regularis observantiæ ad præmissa Deputatus, manus propriæ subscri-

 ptione,

ptione, & Sigilli impressione munitas præsentes tradidi literas & consignavi. Datum Bernæ 1518. Die 15. Mensis Novembris. Forma plenariæ absolutionis, præmissa confessione. Misereatur tui &c. & post hæc verba communis absolutionis dicat Sacerdos, iterum authoritate Apostolica tibi concessa, & mihi commissa, te absolvo ab omnibus peccatis, delictis & excessibus qvantumcunqve enormibus hactenus per te commissis. Ac à censuris qvomodolibet incursis, etiam sedi Apostolicæ reservatis, in qvantum mihi facultas conceditur. Et iterum remitto per plenariam indulgentiam omnem pœnam in purgatorio tibi debitam pro præmissis. Ac restituo te illi innocentiæ & puritati, qvam in Baptismo accepisti, ita, qvòd decedenti tibi ab hoc seculo clausæ sint Portæ pœnarum & apertæ Januæ deliciarum Paradisi. Etsi hâc vice non morieris, salva tibi sit nihilominus

nus ista gratia, qvum aliàs in articulo mortis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

§. 50.

Ad plenariam indulgentiam Jubilæus pertinet; *Papismi corculum & delicia: peccantium asylum: Purgatorij mœror: Diabolorum terriculamentum: Ecclesiæ Romanæ emporium: Paparum triumphus*, Verba sunt Chamieri Tomo tertio lib. 24. c. 5 Primus author Jubilæorum Pontificiorum fuit Bonifacius IIX. qvi intravit ut vulpes, regnavit ut Leo, mortuus est ut canis. Hic Jubilæos ut olim Romæ ludos, voluit esse seculares. Extant ejus decretales, in Extravagantibus communibus lib. 5. tit. de pœnitentiis & remissionibus cap. 1. *Omnibus præsenti anno 1360. à festo nativitatis Domini nostri Jesu Christi præterito proximè inchoato, & in qvolibet anno centesimo sequturo, ad Basilicas ipsas accedentibus reverenter, verè pœnitentibus & confessis, vel*

qui verè pœnitebunt & confitebuntur in hujusmodi præsenti, & quolibet centesimo sequuturo annis non solùm plenam & largiorem, imo pleniſſimam omnium concedimus & concedimus veniam peccatorum. Clemens VI. annum centesimum ad quinquagesimum reduxit, de quo Platina, *Hic*, inquit, *petentibus Romanis, ut quemadmodum Bonifacius Octavus olim concesserat, ut centesimo quoque anno (quod seculum antiqui appellabant, unde ludi seculares nominati sunt) plenam peccatorum omnium remissionem visitantibus limina Apostolorum Petri & Pauli, quinquagesimo quoque anno id faceret, libenter annuit: quum dicerent ætatem hominum Jubilæum illum centum annorum attingere non posse.* Sixtus IV. dimidio minorem esse jussit, de quo Platina: *Quum verò annus jubilæus astaret, quem ex quinquagesimo ad vigesimum quintum contraxit, priusquam anno salutis milleſimo, quadringenteſimo septuageſimo quinto celebravit,*

animum

animum ad religiosa loca & peregrina multitudini ad urbem venturæ opportuna, instauranda adjecit. Id fecit (inqvit Polydorus Virgilius, de inventoribus lib 8. c. 1) *ut qvæcunqve ætas ejus muneris divini particeps fieret.* Prætexitur pietas, sed revera avaritia ut omnium malorum radix, ita & jubilæi fuit. Bonifacium IIX. *Aurum undiqve conqvisitum, plusqvam dici potest sitiisse* Platina testatur. Benè Crantzius lib. 4. Histor. cap. 26. *Bonifacius Octavus Jubilæum primò instituit, utinam solius pietatis gratia? Idem voluit centesimo qvoqve anno eum celebrari, sed* Clemens VI. *(dubium an amore pecuniæ, an desiderio salutis hominum)* sancivit eum celebrari anno qvinqvagesimo. De Bonifacio IX. Platina testatur qvod aliqvoties constituerit profusiones plenariarum indulgentiarum revocare, sed ob agnatos suos locupletandos coactum fuisse eum ad aucupium illud maximè compendiarium reverti. Go-

ti. Gobelinus ætatis sextæ cap. 68. De Bonifacio IX. hæc refert: *Postquam annus jubilæus* (is erat annus 1400. post Christum natum) *transiit, ipse Dominus Bonifacius unum annum sub anni jubilæi Urbis Romæ forma Colonienſi civitati conceſſit. Quo anno elapſo, ſimilis annus conceſſus ab eodem Bonifacio ſub eadem forma civitati Magdeburgenſi. Et ad utramque harum civitatum miſſus eſt collector Domini Papæ, qui certam quotam recepit oblatorum. Deinde conſimiles indulgentias conceſſit viſitantibus quædam alias civitates Germaniæ ad certos menſes.* Bonifacii IX. exemplum ſecutus eſt Alexander VI. Cujus Pontificatus incidit in annum humanæ ſalutis 1500. qui teſte Polydoro Virgilio, *cepit Jubilæum, non modò Romæ, ſed etiam in longinquis provinciis, ac ſtationes ubique gentium propè vicatim conſtituere: idq; tam ſui, quàm populi Chriſtiani commodi cauſa, ut ajebat, fecit, quo eum labore petendæ urbis relevaret.*

varet. *Quare fit ut Roma terrarum Regina etiam nunc minus adeatur.* Hunc Alexandrum VI. certum est ex Jubilæo supra trecenta millia acqvisivisse: Cujus filius Cæsar Borgias, cum ingentem pecuniæ summam aleæ ludo perdidisset, per jocum dixit: *Qvid aliud amisimus, qvam peccata Germanorum?* Anno 1600 Clemens VIII. prædecessorum vestigiis institit. *Totus* enim *annus secularis Romanis fuit impersus: sed eo exacto prolatæ sunt indulgentiæ in varias orbis partes, Galliam, Germaniam, Hispaniam, Belgium Soli Angli & Scoti tantæ felicitatis pontificiæ fuerunt expertes: Credo, qvod iis subinatior sacra sedes fuerit. Sed jubilæus videlicet, Romæ plena vindemia est, alibi sunt racemationes,* ut loqvitur Chamier loco citato.

§. 51.

Veniamus ad bannum sive excommunicationem, Pontificum Romanorum fertilissimum pecuniæ comparandæ

parandæ & acqvirendorum bonorum secularium instrumentum. E. de re conqveruntur Romani Imperii Proceres Grav. 34. *Romæ cæteriq; in locis per Archiepiscopos ac Episcopos, aut certè eorum Ecclesiasticos judices, multi Christianorum ob causas prophanas, ob pecuniæ denique ac turpis quæstus amorem excommunicantur: multorumq; sed eorum in fide infirmorum conscientiæ per hoc aggravantur, & in desperationem pertrahuntur: ac denique ob pecuniæ, lucrive tantulum, aut alioqvi res minimi precij, ad internecionem usqve animæ, corporis, honoris, atqve rei familiaris, contra divina humanaq; jura, perducuntur: qvandoqvidem nemo, nisi ob conjunctum hæreseos crimen, excommunicationis gladio feriendus, aut pro seclusо à Christiana Catholicaq; Ecclesia, sacris literis testantibus, reputandus est.* Et Grav. 74. *Cum divina humanaq; jura vetent, ut nemo duabus cædi debeat virgis: meritò plerique, qvibus cerebrum est, nonnullarum Cathedra-*

thedralium Ecclesiarum odiosa statuta, perversosq; mores, quibus utriusque sexus homicidas, reliquosque majorum minorumve criminum reos hucusque vexârunt, detestantur. Non hactenus servata est consuetudo, quòd homicidij, similiumq; facinorum, quos casus Episcopis reservata vocant, rei, peracta in aurem confessione, publicâ pœnitentiam in totius populi conspectu, cum magno suorum ipsorum dedecore, ignominia, infamia, subire coguntur. Quæ quidē pœnitentiæ forma non usquequaq; improbanda foret, utpote, quæ ad primitivæ Ecclesiæ institutū quàm proximè accederet: Si hac contenti, non etiam amplorem justo peccantibus egregij isti, maleq; officiosi officiales extorquerent pecuniæ summam, duplicigq; delinquentes puniri pœna. Quæ rem irum, quàm multi offendantur. Quod quàm iniquum, quamq; longè à Christi instituto sit alienum, cuiq; sanæ mentis conjectura assequendum relinquitur. Audiri hic meretur Cardinalis Petrus Damianus

apud

apud Baron. Tom. XI. Anno 1055. num. 6. *Cum à pœnitentibus terram accipimus, juxta mensuram muneris eis de quantitate pœnitentiæ relaxemus, sicut scriptum est, divitiæ hominis redemtio ejus. Perpende igitur, quia sicut illis, qui prædia præbent Ecclesiis, pœnitentiæ suæ pondera meritò levigantur, sic ille, qui subtrahit, subeundæ pœnitentiæ digna mole reprimitur.* Bzovius Tom. XIII. ann. 1212. num. 3. *Innocentium Pontificem* memorat *Pandulphum tunc Subdiaconum, sed posteà tituli SS. duodecim Apostol. Cardinalem Presbyterum Legatum misisse, qui Regem in pœnam religionis contemtæ excommunicatum supplicare atque satisfacere spondentem anathemate exsolveret. Non prius illum Pandulphus absolvit, quàm ipse diadema capite ademtum eidem Pandulpho Legato Apostolico traderet: neque prius reciperet, quàm universam Angliam & Hiberniam feudatarias esse Romanæ Ecclesiæ sive renunciaret sive obligaret, assignato in annos singulos*

gulos censu: pro Anglia quidem septingentis Marchis auri, pro Hibernia verò trecentis. Plurima huc facientia repræsentare cupido lectori possemus, nisi subverendum nobis esset, ne in molem ingratam præsens excresceret tractatus. Erimus itaqve contenti exemplo uno, eodemq; valdè memorabili Friderici Imperatoris II. de qvo sic scribit fide dignorum authorum vestigia presse secutus Catalogus Test. Verit. Col. 1566. seqq. Fridericus II. Omni planè laude cum forensi, tum bellica, testimonio omnium Scriptorum, dignissimus Imperator, dejecto Otthone, Aqvisgrani diadema imperiale Innocentii tertii autoritate accepit: ac hoc, anno subseqventi Perusii mortuo, Romæ ab Honorio tertio imperiali corona cum nomine Augusti accepta, multa Italiæ prædia, atqve in his comitatum Fundensem, cum donis plurimis Ecclesiæ contulit, seq; ad expeditionem

Hieroso-

Hierosolymitanam, rebus Imperii prius constitutis, obstrinxit, more majorum: qvi falsa religionis persvasione decepti, putabant non aliter se posse imperialem dignitatem, nisi muneribus & votis obtinere: ignorantes, imperium non tam à Pontificis auctoritate, qvàm Principum populiq; electione pendere: Pontificesq;, qvi Principum arma sensissent, non modico rerum suarum dispendio pro recuperandis Hierosolymis, non tam pro Christianæ Reipubl. commodo, qvam pro suorum ventrium impinguatione sollicitos esse. Utq; Principes ad ulteriores mundi partes (hoc astu in specie valdè honesto) transmissis, ipsi interim suas artes domi liberè, cittaq; ullius contradictionem exercerent. Utut verò Fridericus initio se erga Honorium humilem ac liberalem exhibuerit: tamen nec virtus ipsum contra pontificum dolos, impietatem atqve

nefaria

nefaria consilia tueri, nec beneficiorum magnitudo sceleratos Pontificum animos mutare vel frangere potuerunt. Adeò enim duriter tres sceleratissimi Pontifices continuata serie sibi invicem succedentes, fortissimum & bellicosissimum Imperatorem per totos ferè 30. annos exercuêre, ut immanissimi Barbari, Saraceni & Turcæ, qvibus cum difficillima bella insigni laude gessit, ipsos placabilitate, mansvetudine ac lenitate longissimè superâsse verè dici possint. Siqvidem Honorius paulò post accepta beneficia, nulla injuria irritatus, duos Thusciæ Comites, Richardum & Thomam, perduellionis reos, publicos Imperatoris hostes ac inimicos seditiosè fovit, ac ab ejus fide absolvit. Deinde qvod jus suum in Siciliæ & Apuliæ regno liberè usurparet, anathemate notatum, Imperii dignitate privat: Longobardos ad rebellionem concitat, ita ut Princeps Germa-

Germaniæ ad Curiam solemnem ab Imperatore Cremonæ indictam venientes repellerent: plura attentaturus si longior ei vita contigisset. Gregorius itaqve nonus, qvi ei successit, ne prædecessore inferior videretur, crudeliore animo in optimum Imperatorem statim inito Pontificatu sævit. Eum namqve accusans, qvòd Hierosolymitanæ peregrinationis votum, qvod sub Honprio foverat, minimè solveret, termino præfixo ad subsidium terræ sanctæ proficiscendo: non modò non ulla ratione convictum, vel conventum, sed neqve auditum anathemate renovato condemnat: & nuncios Imperatoris honestissimos, honestas ac veras Domini sui excusationes afferentes, submissèq; veniam, si Fridericus deliqvisset, petentes, ad se admittere, vel in conspectu Concilii audire renuit: sed qvotidiè fulmen anathematis ejaculatus, Joannem Hierosolymitanum

Regem,

Regem, ac Thuſciæ Comites Imperatori rebelles, multosq; alios è Lombardia Proceres in rebellione confirmat, Principibus ad diem conventus ab Imperatore Ravennæ indicti properantibus iter intercipit: ac milites cruce ſignatos Hieroſolymitanæ expeditioni accinctos, omni viatico ſpoliat. Iis itaqve Fridericus viſis, qvò Pontificis rabies mitigaretur, trajecto mari Accon applicuit, multaq; propter Chriſti fidem non ſine labore ac gloria peregit. Interim verò Papa per Imperatoris abſentiam (proh nefandiſſimum Pontificum nefas) captata occaſione Apuliam tyrannidi ſuæ ſubjecit, cruce ſignatos milites trajicere prohibet, multâq; horrenda non tantùm vicario Chriſti, ſed & Pontifice Romano indigna committit. Nam & nuncios Imperatoris rem benè contra Soldanum geſtam nunciaturos, occidi mandat: & ut urbes Apuliæ, qvæ ſe Pontifici

ſubjicere

ſubjicere noluerant, inflecteret, Imperatorem diem ſuum obiiſſe publicè ſpargit. Soldanum etiam, qvò ipſe pro ſua libidine totam Apuliam ſibi ſubjiceret, ne terram ſanctam Cæſari redderet, rogat. O pietatem ſanctiſſimi Patris! O ſtudium ſingulare Pontificis in perſeqvendis infidelibus! idne militante pro Chriſtianis Imperatore, contra fidei Chriſtianæ hoſtes, Patrem erat agere, an proditorem? Vicarium Chriſti, an Satanæ? At Imperator in Italiam reverſus, licet nuncios Pontificis cum literis ad Soldanum intercepiſſet, qvibus hunc rogabat, ne terram ſanctam Cæſari redderet, nec vindicandi ſeſe de Pontifice occaſione deſtitueretur: tamen recuperatis iis qvæ ſibi abſenti ablata fuiſſent, omnia tanqvam fortis athleta amore Chriſti ſuffert atqve diſſimulat: & pacis cupiditate ultrò Pontificem, ut in gratiam recipiatur, Imperatorq; vocetur, ac pro regno Si-

cilia

ciliæ verus Ecclesiæ Feudatarius habeatur, rogat. At qvantumvis multi Alemanniæ Principes tàm Ecclesiastici qvàm seculares, utpote Eberhardus Salisburgensis, Seyfridus Ratisponensis, Sibotus Augustensis Episcopi; Leopoldus Austriæ, Ottho Moraviæ, & Bernardus Carinthiæ Duces, aliiq; complures de reconciliando Pontifice cum Cæsare tum Capuæ agente summoperè anniterentur: nulla tamen concordia prius coire, vel absolutio impetrari potuit, qvàm Imperator uncias auri centum & viginti millia per magistrum militiæ Teutonicæ ærario Ecclesiæ inferret.

§. 52.

Supersunt Romanenses nobis considerandi ut Hæredipetæ & bellatores. Hæredipetarum illustre specimen edidit frater ille mendicus apud Hotting. seculo 16. p. 856. *Qvidam frater mendicus audiebat Confessionem divitis hominis in lecto decumbentis, atqve*

agoniſantis; ut ita dicam. Poſt confeſſionem adduxit unigenitum filium ad Patrem ægrotum, atque de multis donis, quæ conflatribus ſuis legáſſet, narravit pro parentalibus, pro anniverſario, pro ſepultura, pro calice, pro aliis indumentis ſacerdotalibus, & multis aliis, & ad quamlibet particulam quæſivit à Patre, an ita eſſet? Reſpondit ægrotus: Ita, vel potius capite nutando præ infirmitate annuiſſe videbatur. Filius perſpecta infirmitate Patris, qui nihil amplius curaret, aut ſciret de rebus temporalibus, quæ dicuntur, cognita fraude atque avaritia fratris, quæſivit & ipſe: Pater, debeo fratrem per cunctos gradus dejicere? Reſpondit, vel potius annuit Pater ita. Hæc notentur. Quam Clericorum πλεονεξίαν ſordidiſſimam graphicè depingit Hieronimus Epiſt. 2. Audio præterea in Senes & anus, abſque liberis, quorundam turpe ſervitium. Ipſi (Clerici vel Monachi) apponunt maculam, obſident lectum, purulentiam ſtomachi, & phlegmata pulmonis

manu propria suscipiunt: Pavent autem introitum Medici, trementibus q; labris, an commodius habeant scisitantur, & si paululum senex vegetior fuerit, periclitantur: simulata q; latitia mens intrinsecus avara torqvetur; Timent enim, ne perdant ministerium; & vivacem senem Mathusalem annis comparant. O qvanta apud DEUM merces, si in præsenti pretium non sperarent! qvantis sudoribus hæreditas cassa expetitur! minori labore margaritum Christi emi poterat. Hanc avaritiam Valentinianus olim coërcuit lege prohibente ne hæreditates Laicorum transirent ad Ecclesias, qvam legem Hieronymus loco citato providam & severam legis cautionem appellat, qva tamen nec sic refrænari Clericorum avaritiam docet. Præclare Concilium Cabilonense II. C 6. *Imputatur qvibusdam fratribus, eo qvod avaritiæ causa hominibus persvadeant, ut abrenuntiantes seculo; res suas Ecclesiæ conferant: qvod penitus ab omnium men-*

tibus eradicandum est. Animarum etenim salutem inqvirere Sacerdos, non lucra terrena debet: qvoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, neqve circumveniendi. Vide Gravamina Imperii 40. seqq. 93. 98. Huc pertinent spolia & malè parta Clericorum, qvæ olim, Ecclesiis atqve pauperibus attribuebantur, Clericis defunctis, sicut id prolixè ostendit Marcus Ant. de Dom. lib. IX. c. 12. num. 21. seqq. *Paulus tamen tertius* (hæc verba habentur numero 26.) *his omnibus contemptis, Ecclesiisq; atqve Pauperibus, aliisq; piis operibus valere jussis, suam substituit Cameram Apostolicam, eamq; Clericorum declaravit universalem.* Sic enim, solemni edita constitutione, loqvitur. *Cum, sicut accepimus, à nonnullis nimium curiosis, qvi jura Cameræ Apostolicæ usurpare, ac Cameram præfatam illis defraudare vellent, in dubium redigatur, an res, & bona spolia nuncupata Prælatorum, etiam pontificiali vel alia majori di-*

gnitate

gnitate fulgentium, cæterarumq; personarum Ecclesiasticarum secularium & regularium tempore obitus ipsorum remanentia, ex eo quod Romano Pontifici pro tempore existenti, & Cameræ præfatæ reservata fore aliqua generali Apostolica constitutione forsan non caveatur, ad Cameram prædictam jure legitimo spectare, & pertinere debent. Nos & si satis evidenter constet & appareat, prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, & nostram indubiam intentionem, & voluntatem semper fuisse, ut spolia hujusmodi ad dictam Cameram, & non ad alios spectarent & pertinerent, & quod pro eadem Camera exigerentur, & recuperarentur. Cum Prædecessores præfati diversos dictorum spoliorum, ut ad Cameram prædictam spectantium, & pertinentium collectores, & exactores in variis provinciis & locis deputaverint, & constituerint, & nos deputaverimus, & constituerimus; ac semper de illis, dicti Prædecessores, per plerasque alias literas tanquam de rebus

ad Cameram prædictam pertinentibus, donando, vel transigendo, aut alias diversimodè *disposuerint, & nos disposuerimus; nec non ab antiquissimo tempore citra, dictæ Camera nostræ nomine, exacta, & inter jura ipsius Cameræ connumerata fuerint, nec tamen &c. dubium hujusmodi enucleare, ac in præmissis opportunè providere volentes, motu proprio, &c. declaramus, æd Cameram Apostolicam & non æd alios spectâsse & spectare. Ac ita ut præfertur, eorundem prædecessorum, & nostram intentionem & voluntatem semper fuisse, fidem facimus, & attestamur per præsentes.* Ampliant & confirmant hujus constitutionis rationem, Julius III. Paulus IV. Pius IV. & Pius V. & Gregorius XIII. Pius etiam IV. ad spolia suæ Cameræ debita reduxit, omnia Clericorum bona per illiciam negotiationem qvæsita, qvæ tempore obitus remanent inconsumpta. In pœnam etiam non residentium Pius IV. gratias testantis de spoliis Cameræ

meræ irritas fecit, voluitq; spolia talium ad Cameram omninò spectare.

§. 53.

Tandem ad bella accedimus qvibus mirum in modum res Romanensium amplificatæ sunt. Id qvippe ultimum ipsorum est telum, qvó uti ad augendam potentiam & dilatandas fimbrias solent, qvando Petri claves parùm sibi profuturos animadvertunt. Primus Imperatorum, qvem multis funestis bellis Papæ exercuerunt est Otto ejus nominis I. Is à Johanne Duodecimo Pontifice Rom. contra Sarracenorum Regem Berengarium ejusq; filium Albertum in Italiam ab his infestatam precariò accersitus, cum ad succurrendum Ecclesiæ veniisset, Romam ab hostili vi & utriusqve impressione vindicavit, Italiæq; pacem & tranqvillitatem dedit. At Papa Joannes ab eo ad Regem Albertum, qvi in Corsicam aufu-

gerat, turpiter postea descivit, & adversus hunc optimum Cæsarem Othonem arma crudelia sumens, multa funesta bella & tumultus excitavit: hanc pro collatis beneficiis gratiam Otho I. Cæsar à suo Papa reportavit. Sub hoc Papa & Cæsare cæpit gravissimum illud juramentum, qvod omnes post Othonem Cæsares Papæ præstare coacti sunt: & tale est in jure suo Dist. 63. *Tibi Domino Joanni Papæ ego Rex Otho promitto, & juramentum facio, per Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, per hoc lignum vivificæ crucis, & per has reliqvias Sanctorum, qvod si permittente DEO Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam, & te Rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse, & vitam aut membra, neqve ipsum honorem qvem habes, mea voluntate aut meo consilio, aut meo consensu, aut exhortatione perdes, & in Romana civitate nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, qvæ ad te aut Romanos pertinent, sine Consilio tuo:*

tuo: & quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem pervenerit, tibi reddam: & cuicunque regnum Italiæ commisero, jurare faciam illum, ut tui adjutor sit ad defendendum terram S. Petri, secundum meum vel suum posse. Hoc juramentum imponendi potestatem Papa habet juxta Decret XII. Q. I. Clericus. Hoc est Regna mundi deglutire. Otho hic primus cum omnibus successoribus Cæsaribus Vasallus fit Papæ, & potentissimum precio sissimumq; regnum universi orbis cedit in feudum Papale, & imperium pendet à Papa, si Papam audimus. Sic inversa est potestas. Olim Constantinus & ejus Successores Christiani eligebant & confirmabant omnes Romæ & alibi Episcopos, nunc Papæ omnes Reges & Imperatores instituere conantur. Qvibus etiam technis ac perfidiosissimis machinationibus undiqve paratis Gregorius VII. Turbanus, & Paschalis II. rapta & occupata

cupata tyrannide in Ecclesia & Imperio, fortissimum Imperatorem, qvi cum hoste sexagies & bis aperto Marte dimicavit, Henricum IV. penè puerum ex sinu matris ereptum bellis difficillimis, tàm civilibus qvàm externis, involverint, committentes eum cum hostibus fortissimis, ut fortunis & imperio arte excuterent, id nimirum historiæ fide dignissimæ docent abundè, qvas nemo profectò, nisi ferreus sit, sine indignatione legit. Jam verò, qvales in Fridericos extiterint Pontifices Romani, qvàm non nisi funditùs nobilissima hac & laudatissima familia Imperatorum Germanicorum deleta & extirpata conqvieverint, id nemini ignotum esse potest, qvi historias nostræ gentis legit. Ac plenæ sunt talium exemplorum historiæ nostrorum Principum, qvos ut premerent, sibiq; subjectos redderent, vetere imperii dignitate labefactata, qvid non tentarunt accensis tot bellis

bellis civilibus & externis Pontifices? & qvos possent contra Imperatores concitatis hostibus? Ipse etiam Gregorius IX. nihil veritus fuit palàm & apertè dicere, potentiam Germanici Imperii, nimis qvàm expediret Romanis Pontificibus crescentem, omni ratione videri sibi infringendam, atqve etiam, si qva ratione fieri posset, funditus evertendam. Ita enim de eo Aventinus expteſsè refert. *Gregorius IX. Pontifex maximus, non it inficias, sed ingenuè fatetur, visum esse flaminibus Romanensibus Imperium Germanum, magis florere qvàm ipsis utile foret: Placuisse autem id contundere atqve discordia non solùm debilitare, sed in cineres qvoqve atqve favillas redigere, & Fridericum à fastigio rerum humanarum deturbare.* Hæc ille. Iis artibus etiam Ludovicum Imperatorem evertere & perfundere conati sunt Pontifices, Germaniam omnem, Italiam, ac vicinas provincias discordiis accen-

dentes, ut Regibus & Cæsaribus sublatis, monarchiam qvam molirentur constituerent. Hæc pluribus persequi prohibemur, videatur Catalogus testium veritatis pag. 2127. seqq. Et judicium Dn. Ulrici ab Hutten apud *Balæum* centenario 16. p. 91. De bello sacro nonnulla addenda sunt. Circa 1274. Domini annum Gregorius Decimus sacricolarum Concilium Paschatibus Lugduni habet: Undecunqve Pontifices certos accivit ex Alemania, Gallia, Anglia qvaternos, Hispania duos: ex Sicilia, regno Ecclesiæ, Ungaria, Dacia, Bohæmia, Polonia, Suionibus, Nordovicis & Scotis singulos. Vocataq; concione, ex libris sacræ historiæ, qvos Machabæorum nominant, præfatus, curam, studiumq; belli, utriusqve Reipubl. administrationem ad Episcopos & Antistites attinere, multis verbis persvadet Collegis: ad Palæstinæam expeditionem, & Græcos subigendos Romano

mano Sacrdoti arma induenda, censet. Deinde leges, qvibus vitia Sacerdotum, Monachorumq; Antistitum castigentur & corrigantur, rogat. Zophnonnas, genus fœminarum sacratarum abolet. Tum omnium rerum Ecclesiasticarum decimas in sex annos Monachis, mystis majoribus, minoribusq; Pontificibus imponit: partem Octavo Calendas Julii, alteram portionem Octavo Cal. Jan numerare jubet &c. Licet Gregorius X. eodem anno animam efflasset, nihilosecius tamen Romani flamines decimas per sex annos extorta per vim pecunia à Germanis emunxerunt, rumore dissipabant, se suo periculo atqve stipendio Palæstinam, Ægyptum, Asiam, Africam erepturos, Turcis, Saracenis, Tartaris. Eadem tempestate Nicolaus IV. Pontifex Max. Franciscanus, omnes Archimystas Germaniæ, qvemq; cum suis Collegis, in sua Provincia Concilia habere

bexe jubet. Abhisce rursum Consilium simul & auxilium petit, qvo Palæstina armis recuperari possit. Primarius Bojorum Sacerdos juvaviam sexto Cal. Februarii Monachos ad Sacerdotes suos vocat, majores, minores cogit Pontificulos, mandata Pontif. Max. aperit. Ubi illi Romanam avaritiam rursus ad decimas aspirare persentiscunt, &c. Vid. Avent. annal. lib. 7. p. 709. 720. &c.

§. 54.

Atqve ista de Ecclesiasticorum bonorum acqvisitione dicta sunto. Claudat earundem mala administratio. Hanc intelligimus, cum vel in profanos & impios usus, vel in personas indignas bona Ecclesiastica convertuntur, dispensantur. De profanatione suprà dicta sufficiant. Qvæ obsignamus verbis Arnoldi Mengerings informat. Consc. Evang. pag. 1058. Qværitur, Ob ein Geistlich Stifft und Fürstenthumb mit gutem Gewiss-

wissen könne erblich gemacht / und in ein Weltlich Fürstenthumb und Herrschafft verwendet werden? Zur decision solcher Frage muß Anfangs wol unterschieden und distingviret werden. 1. Zwischen der Weltlichen Jurisdiction, Botmässigkeit und Landes-Besitzung / und zwischen den Geistlichen Gütern / so zur Kirchen und Schulen gestifftet sind. 2 Zwischen Fürstlichen Kammer-Renten und Taffel-Gütern / Zöllen und Gefällen / Landes-Steuer und Herrschaffts-Intraden / und zwischen Legatis beneficiis und Stifftungen für Kirchen und Schulen / arme Leute und andere / &c. 3. Zwischen einer mässigen / billichen und Teutscher Sitten bequemer Regiments-Verfassung / Erbvertrag und Einverleibung des Landes / und zwischen einem eigenwilligen / geschwinden und regierstichtigen Dominat oder Beherrschung. Bey diesen Unterschieden / und neben noch andern notwendigen Conditionen und Circumstantien kan man gar wol pro sententiâ affirmativâ schliessen / und

und das Gewissen informiren 1. Ex Consilio Beati Lutheri, auß dem Rath und Bedencken Herrn D. Lutheri, der dem Cardinal von Mentz und Magdeburg/ Marggraff Alberto ein solches gerahten/ wie zu lesen tom. 3. Jen. fol. 138. daß Sein Churf. Gn. sich in den ehelichen Stand begeben/ und das Bistum zum Weltlichen Fürstenthumb machteten/ und den falschen Namen und Schein Geistliches Standes fallen und fahren lessen/ dessen er seine statliche/ erhebliche Ursachen hinzufügen/ die daselbst können gelesen werden. 2. Ex praxi & ab exemplo consimili, Käyser Carl der V. hat die Städte von Utrecht und Ober-Yssel/ durch resignation des Bischoffs von Utrecht/ Hertzog Henrichs von Beyern/ welcher das Land nicht länger kunte beschützen wider den Hertzog von Geldern/ zum Hause Burgundien gezogen/ und in seinen Schutz und Erb-Regierung genommen/ schreibet Meteranus in Niederländ. Historien p. 14. und in Benennung der 17. Provincien/ spricht er:

Utrecht

Utrecht ist vorzeiten eine freye Herrligkeit und Stifft gewesen / aber es hat diese Landschafft Käyser Carl bey seinen Zeiten unter sich gebracht / &c. Chytræus in Saxon p. 96. Ultrajectum ad Rhenum intestinis seditionibus agitatum, & per Geldriæ Ducem à factionibus invocatum, Henrico Palatino Episcopo ademtum, cum Episcopus imbecillior ad Burgundicæ aulæ patrocinium ac defensionem confugisset, & sponte factiosi principatus gubernationem politicam Carolo V. cessisset, per Ducem Caroli, Florentium ab Iselsten Geldri rursus ejecti sunt, & Ultrajectum ab exulibus recuperatum in Caroli V. verba juravit, & arcem urbi impositam, velut frenum injectum recepit. Ist nun das Käyser Carl recht gewesen / warumb denn nicht auch heut zu Tage / so mans machte auff ebene Masse. Also ist bekandt / daß Marggraff Albrecht von Brandenburg der Teutsche Meister in Preussen / durch den Pollnischen

nischen Krieg gezwungen / weil er vom Reich gantz Hülff-loß gelassen worden / sich mit dem Könige in Poln verglichen / den Orden abgelegt und übergeben / und zum Ersten Hertzog und Erb-Fürsten in Preussen vom Könige declarirt und investirt worden / wie davon Chytræus in Saxon. p. 282. & seq. umbständig schreibt. Besihe auch Sleidanum lib. 5 ad ann. 1525. wiewol der Orden damit protestiret, Käyserliche Cassation und Præscription außbracht / aber es hat weniger als nichts geholffen. So gedenckt auch Chytræus dabey / daß auff dem ersten Land-Tage / den der newe Hertzog in Preussen gehalten / der Bischoff zu Sambien im Namen der gantzen Landschafft auffgetreten / und dem Hertzog für solche Tractaten offentlich Danck gesagt / und so bald auch sein gantzes Stifft und dessen Weltliche Regierung mit dem Adel / Städten und Unterthanen / durch eine lange Rede dem Hertzoge zugleich resignirt und übergeben / auß dem Grunde / daß einem Bischoff oder Geistlichen

chen Mann und Prælaten keine Weltliche Herrschafft und Regimentsführung / sondern das Ampt zu lehren und predigen / nebenst nothdürfftigem Vnterhalt / zuliege / darauff der Hertzog die gantze Landschafft zu Zeugen angeruffen / wie daß ohne sein Begehren und Suchen / der Bischoff solch sein Stifft freywillig / und auß eigener Bewegnüß abgetreten und übergeben / das er auch wolte hiemit acceptirt und angenommen haben. Chyt. p. 264. Quo jure & conscientia das geschehen / eodem kan es noch geschehnen und vorgehen! Wem ist auch unbekant / daß es mit dem Meisterthumb in Liefland / als auch einem Geistlichen Stifft und Lehen eben also hergangen / und das Hertzogthumb Curland und Semigallen darauß worden / das berichtet und erzehlet Thuanus lib. 28 in seiner Historien kürtzlich und gründlich also: ad ann. 1561. Gothardus coram Nicolao Ratzevilio, cum quo priore anno transegerat, ordinem ritu solemni ejurat, tradita cruce, sigillo, literis ac diplo-

matis

matis omnibus, qvæ Ordo Livonicus à Cæsare & Pontifice acceperat, claves præterea arcis Rigensis ac Portæ civitatis in Ratzevilii manus consignat, & commendatoris officium, jus cudendæ monetæ, vectigalia piscium, atqve alia jura regi cedit, qvod extinctæ militiæ Teutonicæ CCCLVII. postqvam cœperat anno, triste spectaculum, qvicunqve Germanici nominis Studiosi erant, non sine lactymis intuebantur. Poloni contra lætis ominibus & acclamationibus excepe-runt, nec Sigismundus Augustus qvantumvis pius Princeps ulla religione prohibere potuit, qvin exemplo religiosissimi Patris, qvi eadem ratione olim Prussiam imperio ablatam juris Polonici fecerat, abolito Livonico ordine, & Archiepiscopali jurisdictione, Provinciæ tranqvillitati ac securitati, simul & regionum suarum amplificationi, etiam religione mutatâ consuleret. Statim autem resignatione

gnatione facta Gothardus, uti convenerat, à Ratzevilio Regiæ Majestatis nomine Dux Curlandiæ & Semigalliæ publicè proclamatus est, & in ejus nomen tanqvam hæreditarii Domini mox nobilitas Curlandica ac Semigallica solenni juramento adacta ac postridie ab eodem Ratzevilio Regis itidem nomine summus Regiæ Majestatis Legatus, ac Livoniæ Gubernator in Rigensi Curia renunciatur, clavibus arcis ac Civitatis qvas tradiderat, ipsi redditis. Chytræus handelt hievon gantz außführlich in Saxon. p. 528. & seqq. Ist das nun da recht gewesen/ warumb nicht auch noch in dergleichen Fällen? Es gedencket auch Herr D. Chytræus in Saxon. p. 956. wie Friederich der II. König in Dennemarck das Stifft Schleßwig eingenommen. Beßhe auch Calvis. Chronolog. p. 845.

§ 55.

Impietatem luxus arguit, qvem mater peperit opulentia. Onuphrius Pan-

us Panvinius in vita Gregorii VII. opulentiæ fontem aperit his verbis: *Postquam Juris Imperij facta est Prælatorum electio, quemadmodum & cæteri Principes seculares Imperij, tum Cæsares qui de religione benè mereri volebant, sine imperij tamen præjudicio cæperunt Episcopos & Abbates, ob Religionem tanquam potiora Imperij membra, præ cæteris laicis Principibus honorare, profana ditione & ingentibus opibus honestare, arces, oppida, urbes, Marchias, Ducatus, Provincias, pedagia, telonia vectigalia, portaria, & multa alia quæ imperii propria erant, Episcopatibus concedere, quæ vel ex suis propriis bonis, quæ ad Imperium pertinebant vel ex alienis feudis erant: Nam laicis Principibus sine legitimo hærede mortuis, eorum Provincias, quæ beneficiario jure ad Imperium pertinebant, non aliis amplius laicis Regulis sed Episcopis concedebant, atque hac ratione omnes Episcopatus & Abbatias Italiæ, Galliarum & Germaniæ, imò totius orbis Latini, &*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864/phys_0352
DFG

ni, & deniqve ipſam Pontificem Romanum ex pauperibus ditiſſimos & maximos Principes fecerunt: ex eis ſcilicet opibus, qvæ ante Imperij juris erant, in nulla re propterea imperialia jura minui exiſtimantes, qvippe qvod eſſent, eos omnes Prælatos à ſe deſignandos fore, & non niſi juſſu ſuo & voluntate Sacerdotia ipſa obtenturos. Fridericus Imperator citante Meibomio in Chronico Riddageshuſano pag. 77. *Noſtri*, inqvit, *Clerici delitiis inebriati DEUM poſtponunt, qvorum ex affluentia divitiarum religio ſuffocatur. Talibus ergò divitias ſubtrahere nocentes, qvibus damnabiliter onerantur, opus eſt Charitatis.* Notum eſt illud Monachi Græci: *Sicuti Eccleſia orientalis ob nimiam paupertatem lapſa eſt in multa incommoda, ita occidentalis Eccleſia ob nimias pompas & divitias deſolabitur.* Benè Franciſc. Duar. de ſacr. Eccl. mini. & bonis lib. 2. c. 4. *Puta majores noſtros ſatis animadverſiſſe, nihil Eccleſiæ exitialius, peſtilentius eſſe,*

esse, quàm ministrorum nimiam opulentiam, id quod eventus, qui non modò stultorum magister est, ut ait Livius, sed etiam prudentissimi nonnunquam & perspicacissimi cujusq; satis docuit. Ut meritò illud è Satyra nunc dici posse videatur. Nullum crimen abest, facinusq; libidinis, ex quo paupertas Romana perit. Res enim ipsa loquitur, immensam Principum quorundam munificentiam, utcunque pius esset affectus eorum, tantum virus in Ecclesiam sparsisse, ut ex pixide illa pandoræ à Poëtis decantata, non plus malorum inter homines & calamitatum exiliisse videatur. Initio ægrè admodum hoc datum est Ecclesiæ, ut prædia possessiones q; sibi relictas aut donatas retineret, & satis constat ex Epistola Hieronymi ad Nepotianum, legibus Christianorum Principum aliquando prohibitum fuisse Clericis, ne hæreditates caperent. Nam ut in omni genere mediocritas illa quam optimus Poëta auream vocat, meritò commendatur, ita modus facultatum summoperè

hic

hic neceſſarius eſt. Bonifacius Martyr aliquando interrogatus, an liceret ligneis calicibus in ſacris uti, ita reſpondiſſe fertur: Olim aurei Sacerdotes ligneis vaſis: nunc lignei aureis utuntur. &c. Graviter luxum Clericorum ſui temporis notavit Bernhardus Epiſt. 42. *Clamant nudi, clamant famelici, conqveruntur & dicunt: Dicite Pontifices in fræno qvid facit aurum? Nobis frigore & fame laborantibus, qvid conferunt tot mutatoria, vel extenſa in perticis, vel plicata in manticis? Noſtrum eſt qvod effunditis, nobis crudeliter ſubtrahitur, qvod inaniter expenditis, & nos etiam DEI plaſmatio, & nos Sangvine Chriſti redempti ſumus. Nos ergò fratres veſtri videte, qvale ſit de fraterna portione paſcere oculos veſtros, vita noſtra cedit vobis in ſuperfluas copias. Noſtris neceſſitatibus detrahitur, qvicqvid accedit vanitatibus veſtris. Duo denique mala de una prodeunt radice cupiditatis, dum & vos vanitando peritis, & nos ſpoliando perimitis,*

jumenta gradiuntur onusta gemmis, & nostra non curatis crura nuda caligulis. Annuli, Catenulæ, tintinnabula, & clavatæ quædam corrigiæ, multaq; talia tam speciosa coloribus, quam ponderibus preciosa, mulorum dependunt cervicibus, fratrum autem lateribus nec semicinctia miserantes apponitis. Idem sup. cant. ser. 23. *Timeant*, inqvit, *Clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qvi in terris Sanctorum, qvas possident, tam iniqva gerunt, ut stipendiis, qvæ sufficere debeant, minimè contenti, superflua, qvibus egeni sustentandi forent, impiè, sacrilegeq; retineant sibi, & in usus suæ superbiæ, atqve luxuriæ victum pauperum consumere non vereantur, duplici profectò iniqvitate peccantes, qvod & aliena diripiunt, & sacris in suis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur.* Idem alibi: *Omnes qvæ sua sunt qværunt. Ministri Christi sunt, & serviunt Anti-Christo. Honorati incedunt de bonis Domini, qvi Domino honorem non deferunt: Inde is qvem qvotidiè vides, meretricius*

retricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus, inde aurum in frænis, in sellis, & calcaribus, & plus calcaria quam altaria fulgent: inde splendidæ mensæ & cibis & scyphis, inde commessationes & ebrietates. Inde Cythara, Lyra & Tibia. Inde redundantia torcularia, & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia. Pro hujusmodi volunt esse, & sunt Ecclesiarum Præpositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi. Luxum personarum comitatus est nimius fulgor templorum, & suppellectilis sacræ, de qvo sic qværitur Bernh. Apol. ad Gulielm. Abb. *Qvem*, inqvam, *ex his fructum requirimus? Stultorum admirationem, an simplicium oblectationem? An qvoniam commixti sumus inter gentes, fortè didicimus opera eorum, & servimus adhuc sculptilibus eorum? & ut apertè loqvar, an hoc totum facit avaritia, qvæ est idolorum servitus, & non requirimus fructum, sed datum?*

Si quæris quomodo, miro, inquam, modo: tali quadam arte spargitur ut multiplicetur, expenditur ut augeatur, & effusio copiam parit. Ipso quippe usu sumptuosarum, sed mirandarum vanitatum accenduntur homines, magis ad offerendum, quæm ad adorandum. Sic opes opibus hauriuntur, pecunia pecuniam trahit; quia nescio quo pacto ubi amplius divitiarum cernitur, ibi offertur libentius. Auro tectis reliquiis saginantur oculi, & loculi aperiuntur. Ostenditur pulcherrima forma sancti, vel sanctæ alicujus, & eo creditur sanctior quo coloratior. Currunt homines ad osculandum, invitantur ad donandum; & magis mirantur pulchra, quam vereantur sacra. Ponuntur dehinc in Ecclesia gemmæ non coronæ, sed rotæ circumseptæ lampadibus, sed non minus fulgentes incertis lapidibus. Cernimus & pro candelabris arbores quasdam erectas, multo æris pondere, miro artificis opere fabricatas, nec minus coruscantes superpositis lucernis,

quàm

qvàm qvis gemmis. Qvid putas in his omnibus qværitur? pœnitentium compunctio, an intuentium admiratio? O vanitas vanitatum, non vanior, qvam inanior. Fulget Ecclesia in parietibus, & in pauperibus eget, suos lapides induit auro, & suos filios nudos deserit. De sumptibus egenorum servitur oculis divitum, inveniunt curiosi, qvo delectentur, & non inveniunt miseri, qvo sustententur. Luxum dum reprehendimus, nitorem & munditiem non improbamus. Rectè Concilium Lateranense sub Innocentio III. cap. 19. *Relinqvi nolumus incorrectum, qvod qvidam Clerici sic exponunt Ecclesias supellectilibus propriis & etiam alienis, ut potius domus laicæ, qvàm DEI basilicæ videantur, non considerantes, qvòd Dominus non sinebat, ut vas transferretur per templum. Sunt & alij qvi non solùm Ecclesias dimittunt incultas, verum etiam vasa ministerij & vestimenta ministrorum ac pallas Altaris, nec non & ipsa corporalia tàm immunda relinqvunt,*

linqvunt, ut interdum aliqvibus sint horrori. Qvia verò Zelus nos comedit domus DEI, firmiter prohibemus, ne hujusmodi suppellectilia in Ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incursus aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, ad eas oporteat habere refugium. Sic tamen, ut necessitate cessante, res in loca pristina reportentur. Percipimus qvoqve, ut oratoria, vasa, corporalia, & vestimenta prædicta, munda & nitida conserventur. Nimis enim videtur absurdum, in sacris sordes negligere, qvæ dedecerent etiam in prophanis.

§. 56.

Veniamus ad personas indignas. In his familiam ducunt Episcopi & Sacerdotes, vel non docentes vel malè docentes. Qvales principio Episcopi fuerint, & Epistolæ Paulinæ docent & ostendit luculenter historia ecclesiastica: sed succedentia sæcula corruptissimos dedêre Sacerdotes, qvi nullam unqvam Episcopalis

muneris

muneris partem administrarunt, qvi-
qve secularibus negotiis & politico
regimini toti fuerunt immersi. Rem
execrandam ex Ecclesiæ finibus ex-
terminare varia conata sunt Concilia.
Unum atqve alterum hîc attingamus.
Concilium Toletanum XI. capitulo 2.
Qvantum qvis præcelsi culminis obtinet
locum, tantum necesse est præcedat cæte-
ros gratia meritorum, ut in eo qvod præ-
sidet singulis, singulariter ornetur eminen-
tia sanctitatis, habens semper & in ore
gladium veritatis, & in opere efficientiam
luminis, ut juxta Paulum, potens sit ex-
hortari in doctrina sacra, & contradicen-
tes revincere. Nos proinde nostri ordi-
nis gradum, vel susceptæ regiminis modum
magnopere cogitare debemus, ut qvi offici-
um prædicationis suscepimus, nullis curis à
divina lectione privemur. Nam qvo-
rundam mentes Pontificum, ita corporis
ocio à lectionis gratia secluduntur, ut qvid
doctrinæ gregibus subditis exhibeat, non
inveniat præcomutus. Insistendum ergò

semper majoribus, ut quos sub regiminis sui cura tuentur, fame verbi DEI perire non sinant. Sicut metropolitanis in Confinitimos, cæterosq; ecclesiasticis deditos: sic confinitimis, in commisso sibi religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium divinæ legis eruditionibus imbuatur, ita indesinenti solicitudine Prælatus quisque subditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoscat, aut nescientiam sine arrogantia instruat. Placuit ergò de talibus, juxta institutu Toletani Concilij, hoc specialiter definire, ut aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut à majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti. Concilium Parisiens. lib. 1. c. 12. *Grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis ruina, si peccent. Lætamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quàm mœroris, de sublimibus corruisse. Nec enim solùm pro delictis nostris reddemus rationem, sed pro omnium quorum abutimur donis, & nequaquam*

quaqvam sumus de eorum salute soliciti. In Aggæo: Interroga Sacerdotes legem. Idem Hieronymus: Considem Sacerdotum esse officij, de lege interrogatos respondere. Si Sacerdos est, sciat legem Domini: si ignorat legem, ipse se arguit non esse Domini Sacerdotem. Sacerdotis enim est scire legem, & ad interrogationem respondere de lege. Item in Malachia: Lex veritatis in ore ejus, hoc est, doctrina populorum, quæ in Sacerdote nullo debet mendacio deturpari, sed tota de veritatis fonte procedere. Et post pauca: & multos avertit ab iniqvitate. Qvi Sacerdos est & non corripit delinqventes, Sacerdotis Officium præterit. Labia Sacerdotis custodient scientiam. Non dixit, proferent, sed custodient. Et post non multa: sicut non servastis vias meas, & accepistis faciem in lege. Inter omnia peccata Levi, sive eorum qvi ex Levi sunt Sacerdotum DEI, illud & ultimum & maximum ponitur, qvare accipiant faciem in lege, ut non causam, sed personam considerent,

justumq; pauperem despicientes, iniquos divites suscipiant & honorent. In Evangelio Pastor bonus animam suam dat pro ovibus suis. Hanc sententiam beatus Gregorius exponens, ait: Qui non dat pro ovibus substantiam suam, quando pro eis daturus est animam suam? Primum itaque nostrum est, exteriora nostra ovibus ejus expendere: Postmodùm verò, si necesse sit, pro eisdem ovibus animam ponere. Paulus ad Timotheum, nec non ad Titum, quid sit Episcopatum desiderare, & qualis persona Episcopi esse debeat, regente ejus calamum Sancto Spiritu, affatim salubriterq; describit. Hæc igitur quæ prælibata sunt, quisquis ad pastorale magisterium adspirat, sobriè diligenterq; perpendat, sedq; sagaciter metiri studeat, nè (quod absit) terrenis desideriis succensus, propriisq; reatibus adstrictus, dum loco (ut beatus Gregorius ait) delectatur gloriæ, fiat subditis author ruinæ. Omnibus igitur Sacerdotibus illa specialiter sententia beati Gregorij ante oculos constituenda

enda est, in qua inter cætera, cùm rerum, inquit, necessitas exposcit pensandum valdè est, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat, atque ad hoc ritè perveniens, qualiter vivat, & benè vivens, qualiter doceat & rectè docens, infirmitatem suam quotidiè quanta valet consideratione cognoscat. Cæterùm quales superiorum temporum Episcopi in Orbe Christiano fuerint, prolixa non indiget commemoratione. *Cum plusculi in Ecclesia DEI visuntur* (Beroaldi hæc sunt apud Hotting. seculo 16. p. 874.) *qui cum Episcopali dignitate sint summi, morum & inscientiæ dehonestamento sunt infimi. Quibus magna lauticiæ luxuriæq; cura est: maxima virtutis incuria, in quibus Episcopi nihil quicquam cernas, præter habitum & nomen: qui, quid sit Episcopatus ignorant, instar Phaniæ Pontificis propter rusticitatem, quid esset Pontificatus nescientis. Conditores Ecclesiasticæ literaturæ celeberrimi prodiderunt, cœcum animal DEO offerri, quo-*

ties cunque illiteratus sacris initiatur, sitq; adscriptitius militiæ religiosæ: DEI boni, quot cæca animalia DEO quotidiè dedicantur? Quot Antistitet primarij, quot Protomystæ, quot Episcopi cœcutientes sunt etiam prorsus talpæ, hoc est, indocti inculticq;? Lux enim Sacerdotis & cultus doctrina est. Habent hi quidem domos exornatas, opiparam supellectilem, familiam numerosam, omnia splendentia præter ipsos Dominos, qui vitiis decolorati, & labe ignominiæ infecti, sunt tenebricosi, prorsusq; sordescunt. Et cum Majestas Episcopalis auro comparetur, non tam fulgore auri splendicant, quàm plumbi livore pallescunt. Episcopus autem cum Græco vocabulo explorator sive speculator significetur; Videre sane est tales Episcopos dignos tanto nomine, dum curiose explorant, & solerter speculantur redditus atque vectigalia Episcopatus, qua quidem unica in re merentur Episcopi nominari, hoc est, exploratores diligentissimi, & speculatores solertissimi, quos, ut seriò loquar

& di-

& dicam, qvod sentio non tam Episcopos, qvàm Pseudoepiscopos meritò appellaveris. Vide B. Gerh. Tom. V. pag. 1006. *Injunctum qvidem illis est*, inqvit Gerhardus, *in Concilio Tridentino, ut in posterum ipsi docerent, sed qvomodo id faciant, publicè omnibus constat. Abusus est & ille corrigendus* (loqvuntur Cardinales delecti in suo Consilio) *ne Episcopi primum & præ omnibus aliis, deinde ne curati abessent à suis Ecclesiis & parochiis, nisi ob gravem aliqvam causam, sed residentiam facerent. Per DEUM immortalem, qvis miserabilior Viro Christiano conspectus esse potest Christianum Orbem peragranti, qvam hæc solitudo Ecclesiarum? Omnes ferè Pastores recesserunt à suis gregibus, commissi sunt omnes ferè mercenariis.* Eccius in Postill. homil. 2. de festo Stephani: *Nostrates Prælati ordinem invertunt Apostolicum, dum spiritualia graviora, qvàm qvæ subeant, rati in Pontificalibus suffraganeorum, in judicial. officialium, in absolvendis pœnitentiariorum*

riorum ope utuntur, in prædicatione Monachum nescio quem præferunt, in aliis spiritualibus vicarios habent. Sin quam re de censu & temporalibus agitur, res hæc ad Dominum nostrum Episcopum referenda est. Unde apud Cæsarium Cistercienſem Dist. 2. cap. 28. Clericus Parisiensis edixit, *Episcopos Alemanniæ salvari vix posse, quia pene omnes habeant gladium spiritualem & materialem, decq; sangvine judicent, bella exerceant, magisq; soliciti sint de stipendijs militum quam de salute animarum sibi commissarum.* Hæc B. Gerhardus loc. cit. apud qvem plura hujus generis videantur.

§. 57.

Ad eandem Classem referendi sunt Canonici non docētes, aut impia docentes, corrumpentes Ecclesias falsis dogmatibus, Scholas pestiferis institutionibus. Nempe liqvidum est ex veteri & primævo instituto, Canonicorum ministerium non tantum fuisse,

isse, ut in Ecclesiastico regimine Episcopo præsto essent, verum etiam ut ipsi Ecclesiæ commoda procurarent docendo & formando ad usum Ecclesiæ commissam sibi literariam pubem, aut alia ratione ad usus Ecclesiæ sua studia conferrent. Id patescit ex antiqvis canonicatuum constitutionibus, de qvibus Krantzius videatur Metrop. lib. 1. cap. 2. & lib. 3. c. 43. Priori loco allegat privilegium Caroli Magni datum Ecclesiæ Osnabrugensi: *Statuimus*, inqvit Carolus, *qvod in eodem loco Græcas & Latinas Scholas in perpetuum manere ordinavimus, nec unqvam Clericos utriusqve lingvæ gnaros deesse confidimus.* Posteriori loco agens de Ecclesia Bremensi, hæc subjicit. *Qvippe apud insignes Ecclesias ab antiqvo docti Viri fovebantur, qvi publicas Scholas sustinerent priusqvam publicæ literarum Gymnasia (qvæ nunc multa florent) per Christianismum erigerentur: qværes apud Nostrates pene*

hesterna

hesterna est. Nam nulla est in Saxonia publica Schola, quæ centesimum longè superet annum. Erphordia, Lipz, Rostochium, vix totis viginti annis distantia habent primordia. Sed ea tempestate, quam nunc explicamus, valebat vetus Ecclesiarũ consuetudo, ab usque Origine & Clemente, & primis Ecclesiæ Doctoribus traducta, qui apud memorabiles Ecclesias Antiochiæ & Alexandriæ suis temporibus docuerunt. Conc. Tolet. 4. c. 23. *Prona est omnis ætas ab Adolescentia in malum; nihil enim incertius, quàm vita adolescentium: ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in Cœro puberes, aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrij commorentur, ut lubricæ ætatis annos, non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant: deputati probatissimo Seniori, quem & Magistrum disciplinæ & testem vitæ habeant. Quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela foveantur; ut & vita eorum à criminibus intacta sit, & res ab injuria improborum.*

Qui

Qui autem his præceptis resultaverint, monasterijs deputentur, ut vagantes animi & superbi severiori regula destringantur. Concil. Turo. c. 23. *Canonici*, inqvit, *& Clerici Civitatum, qvi in Episcopis observantur, consideravimus, ut in Claustris habitantes, simul omnes in uno dormitorio dormiant, simulq; in uno reficiantur refectorio, qvò faciliùs possint ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita & conversatione sua admoneri, & doceri. Victum & Vestimentum, juxta facultatem Episcopi, accipiant, ne paupertatis occasione compulsi, per diversa vagari, ac turpibus se implicare negotijs cogantur, dimissoq; Ecclesiastico officio, incipiant indisciplinate vivere, & proprijs deservire voluptatibus.* Conc. Mogunt. c. 9. *In omnibus enim qvanta humana permittit fragilitas, decrevimus, ut Canonici Clerici canonice vivant, observantes divinæ Scripturæ doctrinam, & documenta sanctorum Patrum, & nihil sine licentia Episcopi sui, vel magistri eorum compositi*

agere

agere præsumant, in unoqvoqve Episcopatu. Ut simul manducent & dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit, vel qvi de rebus Ecclesiasticis stipendia accipiunt, & in Claustro maneant, & singulis diebus mane primo ad lectionem veniant, & audiant qvid eis imperetur. Ad mensam verò similiter lectionem audiant, & obedientiam secundum canones suis magistris exhibeant. Idem manifestè apparet ex nominibus Præpositi, Decani, Lectoris, Scholastici, Cantoris, Archidiaconi &c. qvæ hodiè qvidem remanserunt, sed rebus ipsis per seculorum postremorum malitiam vacua. Neqve negari id à qvoqvam potest. Et hoc nomine, qvod Ecclesiæ prodessent Canonici suis laboribus, bonam partem Ecclesiasticorum bonorum, qvæ à piis majoribus in Ecclesiæ usus fuêre collati atqve donati, jure merito sibi vendicarunt. Qvocirca ipsissima æqvitas flagitare videtur, ut aut Canonicatus ab abusibus repurgentur

gentur, qvi noviſſimis ſeculis iisdem adhæreſcere cæperunt, aut, ſi id fruſtra ſperatur, Canonicatuum præbendæ aſſignentur illis, qvi legitimè vocati Canonicis debitos in Eccleſiis & Scholis ſuſtinent labores. Vid. art. Smalc. art. 3. part. 2 Lutheri verba ſupra allegata ſunt §. 29. Phil. Melanchton in Conſ. part. 1. p. 427. ad qvæſtionem: *Utrum reditus donati Eccleſius, ad Evangelij miniſtros alendos, & ſtudia conſervanda eripiendi ſunt otioſis, impiis & oppugnatibus Evangelium,* reſpondet: *Qvod ita; Nam etſi ad miniſtros Eccleſiæ Evangelicæ non pertinet gubernatio Imperij mundani, tamen Magiſtratus Politicus efficere debet, ut qvisqve ſuum teneat. Jam hi reditus non ſunt impiorum Canonicorum, ſed ſunt veræ Eccleſiæ. Qvare & Magiſtratus reddere eos Eccleſiis veris debet & pœnam ſumere ab impijs tanqvam prædonibus. Magna profectò neceſſitas eſt, acerrimè hanc cauſam agi. Niſi enim facultates reſtituantur Eccleſiæ,*

boni

boni Pastores, & pauperes Scholastici fame peribunt, studia extinguentur, deerunt Ecclesiæ & Reipublicæ literati. Ideò opitulari & juvare studia honestorum adolescentum debent Magistratus. Nam præterquam, quod DEUS eos hoc facere jubet, etiam Canones ipsi hoc flagitant, videlicet eis opem ferre ex Ecclesiarum opibus. Vid. Dn. D. Gerhardi præf. in Tom. VII. Loc. Com. Balduin. Cas. Consc. p. 731. Dedekenn. Vol. 1. pag. 944. p. 964. & 846. ubi sic Theologi Giessenses scribunt: Was zu GOttes Ehren / der Kirchen Erbawung / und des Gottes Diensts Erhaltung gewidmet / das kan ohne schwere Sünde nicht entwendet / und zu gantz frembdem oder widrigem Ende gezogen werden. Dann ob schon in Vor-Jahren unter dem finstern Bapsthumb viel Irrthümb und Mißbräuche bey solchen Stifftungen mit untergelauffen / die nunmehr durch das Liecht des Evangelii entdecket und abgeschaffet worden / so bleibt doch der Scopus generalis allzeit richtig / nemblich

nemblich die Erhaltung des Gottes Dienſts/ dazu ſolche beneficia geordnet/ und gleichſam unſers HErrn Christi Kleider ſind/ damit ſein Predigt-Stuel / Kirchen und Altar gezieret / und ohn Entblöſſung derſelben nicht können entzogen und zu Profan-Sachen verwendet werden / davon bey H. Luthero viel feine trewhertzige Erinnerungen gefunden werden. Tom. IV. Tom. V. Tom. VII. Edit. Jenenſ. Anno 1581. fol. 416. ſchreibet er / daß Käyſer/ Fürſten/ Herren und fromme Leute ohn zweiffel nicht gemeinet noch willens geweſen / ihre Güter zu geben/ damit eitel Teuffels Hurn oder Abgötterey zu ſtifften/ &c. Sondern die lieben Kirchen und Schulen / das iſt / das heilige GOttes Wort / Predig-Ampt / und andere Gottes Dienſte / Theologen / Pfarrherren/ Prediger / daneben auch arme Leute / Wiewen / Wäyſen und Krancken zu unterhalten / GOTT zu Lob und Ehr. Diß iſt teutſch genug geredet / daß Kirchen-Güter nicht ſollen zu Weltlichem Pracht und Uppigkeit mißbrauchet / und leichtfertig-

lich

lich verschwendet / sondern zu GOttes Ehre / seiner Diener in Kirchen und Schulen Unterhaltung / und in Summa also angewendet werden / damit sie ihrem Nahmen folgen / und Kirchen- oder Geistliche Güter seyn und bleiben / und heisset sonst recht: Beneficium datur proprer officium. Wer nun kein Ampt dafür thut (NB.) der verzehret solche Güter mit Unrecht / und hat schwere Rechenschafft davon zu geben / welches die Patroni selbst auch billig beherzigen / damit nicht / was ihre Christliche Vorfahren unserm HErrn CHristo und seiner Kirchen geschencket / sie dasselbe ihm von seinem Altar hinweg nehmen und zu Weltlichen Sachen anwenden. Gottselige Fürsten wenden solche Güter löblich zu Erhaltung Academien, Schulen und Hospitalen / und siehet man in etlichen Reichs Städten / daß die Pfarrbestellungen durch die Canonicaten verbessert und Stipendiaten davon unterhalten werden. Derwegen wer dem Altar dienet / kan und soll mit gutem Gewissen davon leben / zu

GOttes

GOTTes Lob und Erbawung der Menschen in der Gottseligkeit. Welches/ weil es an sich selbst klar/ weiter außzuführen unvonnöhten. Wer aber von Kirchen-Gütern/ ausser deren Dienst/ dem Pracht und Wollust nachhängen/ und zu heiligem Ende gestifftete Güter zu Profan-Sachen anwenden wil/ sehe zu/ wie ers vor GOTT verantworte. Dann wie Adlers Federn andere verzehren/ also fallen die feurige Kohlen vom Opffer/ und zünden Hauß und Hoff an/ daß Kirchen- und Erb-Güter eins mit dem andern endlich verschwinden. Vide Brosen. Aur. Tholos. cap. III. ubi in Scholis Canonicorum Otthonem II. & III. itemq; Henricum II. & IV. Impp. & Albertum Ducem Brunsvicensem aliosq; informatos esse docet.

§. 58.

Horsum denique spectant Monachi non laborantes, non docentes, non discentes. Antiqvitas Monachos habuit, sed non nisi laborantes.

Clarissima

Clarissima in hanc rem testimonia sunt Basilii, Augustini, Cassiani & aliorum. Basil. constit. Monach. c. 4. *Neqve enim eo consilio Dominus hominem finxit, ut segnis ac langvens desideret; sed contra potius ut esset, qui se in laboribus honestis exerceret. Quandoquidem & primo in Paradiso Adæ præcepit ut laboraret, & Paradisum ipsum custodiret; (& si enim hisce verbis altior quidam adjunctus est sensus, nihilominus tamen propterea hoc ipsum etiam quod omnibus expositum est, irritatione ac studio dignum est) & tum deinde postqvam ex eo ille ejectus exulavit, sententiam tulit, ut pane suo in sudore vultus sui vesceretur.* Et paucis interjectis: *Siqvidem præcipiunt divina oracula, ut laboremus, & corpus actuosum habeamus; potiusq; aliorum indigentiis subveniamus, qvam aliunde ipsi opem expectemus.* Additq; Scripturæ testimonia ex Paulo: *Apud qvem,* inqvit, *qvodam in loco sic scriptum est, Audivimus inter vos qvosdam inordinatè*

inordinatè ambulantes, nihil laborantes, sed curiosè agentes. Et ordinis desertionem laboris desertionem vocat: Non enim, inqvit, *inordinatè nos inter vos gessimus, neqve gratis panem manducavimus ab aliqvo, sed in labore & fatigatione nocte & die laborantes. Et qvod hoc etiam majus est: Ad ea qvæ mihi opus erant, & his qvi mecum erant ministraverunt manus hæ. Idemq; alio loco. Ut laborantes*, inqvit, *panem suum manducent. Et alibi: Ut qvieti sitis, & ut vestrum negotium agatis & laboretis manibus vestris.* Aug. de opere Monac. c. 16. *Sicut ergò non cessavit Apostolus, imò Spiritus DEI possidens & implens & agens cor ejus, exhortari fideles, qvi haberent hujusmodi substantiam, ut nihil deesset necessitatibus Servorum DEI, qvi celsiorem sanctitatis gradum in Ecclesiâ tenere voluerunt, ut spei secularis vinculæ cuncta præciderent, & animum liberum divinæ militiæ dedicarent; Sic debent & ipsi præceptis ejus obedire, ut compatiantur*

antur infirmis, & amore privatæ rei non illigati, manibus suis in communi labore propositis suis sine murmure obtemperare: ut hoc suppleatur ex oblationibus bonorum fidelium, quod laborantibus, & aliquid unde victum transigant operantibus, propter infirmitates tamen corporales aliquorum & propter Ecclesiasticas occupationes, vel eruditionem doctrinæ salutaris deesse putaverint. Cassianus de Inst. Cœnob. lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 20. Operis, inqvit, ac sudoris assvetudine imsubire compellitur (Monachus) ut propriis manibus, juxta Apostoli præceptum, qvotidianum victum, vel suis usibus, vel adventitium necessitatibus præparans, & fastus vitæ præteritæ possit, & delicias oblivisci, & humilitatem cordis, contritione laboris acqvirere. Item; ut & orationum assiduitas statutis temporibus DEO offeratur, & necessariæ operationis officia consummatis justo moderamine spiritalibus obsequiis, nullatenus valeant impediri. Acut expeditiores essen. Monachi ad

chi ad manuum labores rebrachiatoriis eis ex regula utendum fuisse idem docet ad vestes succingendas: *Ut ita*, inqvit, *constrictis brachiis impigri ad omne opus, expeditiq; reddantur, illud Apostoli praceptum studentes omni virtute complere. Qvia non solùm mihi, sed etiam his qvi mecum sunt ministraverunt manus istæ: Neqve gratis panem ab aliqvo manducavimus, sed in labore & fatigatione, nocte ac die operantes, ne qvem vestrum gravaremus. Si qvis non vult operari non manducet.* Concilium Epaunense sub Gelasio can. 8. *Pelagius Papa tria propria Monachis attribuit, qvietem, orationem, & manuum laborem.* In Ecclesiasticis historicis celebratur illud cujusdam Monachi dictum, *Monachus qvi non operatur, latroni par judicandus est.* Hist. Tripart. lib. 8. cap. 1. Justinianus Imperator, *Duabus*, inqvit, *potissimùm in rebus, operam & diligentiam reponere oportet Monachos; ut aut sacris vacent Scripturis;*

aut quas manuarias vocare solent artes Monachos decentes meditentur, exerceantq; Novell. 133. Idem dicit Imperator, quod nos modo dicebamus. Laborandum Monachis, aut proficiendum. Nam & hunc in finem Monasteria frequentata, ut seminaria Ecclesiæ essent. Posidonii in vita Augustini hæc verba sunt: *Proficiente verò doctrina divina, sub sancto & cum sancto Augustino in monasterio DEO servientes, Ecclesiæ Hipponensi Clerici ordinati cæperunt: ac deinde innoscente & inclarescente de die in diem Ecclesiæ Catholicæ prædicationis veritate, sanctorumq; servorum DEI proposito, continentia & paupertate profunda, ex monasterio, quòd per illum Venerabilem Virum & esse & crescere cæperat, magno desiderio poscere atque accipere Episcopos & Clericos pax Ecclesiæ atque Unitas, & cæpit primò, & & postea consecuta est. Nam fermè decem, quod ipse novi, sanctos & venerabiles Viros continentes & doctissimos, habetus Au-*

tus Augustinus diversis Ecclesiis, nonnullis quoque eminentioribus, rogatus dedit. Similiter & ipsi ex illorum sanctorum proposito venientes, Domini Ecclesiis propagatis, & monasteria instituerunt, & studio crescente ædificationis verbi DEI, cæteris Ecclesiis promotos fratres ad suscipiendum sacerdotium præstiterunt. Hieron. Epist. ad Rustic. tom. 1 f. 22. sic Monachum alloqvitur: *Ita vive in Monasterio, ut Clericus esse merearis, multo tempore disce, qvod postmodum dococeas.* Siricius Papa 16. q. 1 ad Monachos sic scribit: *Monachos quoque, qvos morum gravitas, & vitæ ac fidei institutio sancta commendat, Clericorum officiis aggregari & optamus & volumus.* Trithem. in Chron Hirsaug. *Erat his temporibus in Monasteriis nostri ordinis hæc consvetudo celeberrima, ut Scholæ in singulis pene cœnobiis haberent, qvibus non seculares homines, sed Monachi monachis & eruditione perficiebantur ornamenti, qvi non solùm in divinis Scripturis*

docti essent, verùm etiam in Mathematica, Astronomia, Arithmetica, Geometria, Musica, Rhetorica, Poëti, & cæteris omnibus secularis literaturæ scientiis eruditissimi haberent. Caspar Brusch. in Chron. Monasteriorum Germaniæ f. 55. B. describens Scholam Monasterii Heilsbrunensis, hæc subjicit: *Sciebat Vir optimus, monasteria non otiosis ventribus, sed literarum, sed pietatis, sed honestæ vitæ Studiosis initio conditæ, ac tanta Principum liberalitate erecta & donata esse.* Idem f. 8. B. *Hic Abbas* (Etho, Comes Brisgoviæ) *cum insignem haberet in Augia divite Scholam (ut erant omnia Monasteria antiquitus Oratoria ferè & Scholæ, in quibus pietas, doctrina, virtus & religio florebant ut quam maximè) miserunt ad eum Legatos Dux superioris Rhetiæ, Duces Bavariæ, & Alsatiæ, petentes personas & libros ad instaurandam monasteria, & similia veræ doctrinæ ac virtutis domicilia in suis Provinciis erigenda &c.* Cas. sand. Consult. pag. 287. sic de Mon-

chis

chis scribit: *Monachatus cœtus initio ex illiteratis tantum ferè constabat, mox cum & literatis hominibus hoc genus vitæ allubesceret, cœperunt in Monasteriis studia non solùm rerum divinarum, sed etiam liberalium artium exerceri, sic ut ibi Adolescentes, in liberalibus artibus, & potissimum pietatis studiis imbuerentur, ac tandem ex iis Ecclesiæ Ministri & Pastores assumerentur. Ita de Gelasio 2. legimus eum in Monasterio Cassinensi institutum fuisse, Viris ad omnia peritissimis, quorum in eo Monasterio, non parva copia inerat, ad liberales artes addiscendum adjunctum.* Et Severus in vita Martini testatur, ex ejus Monasterio Episcopos, & Sacerdotes asscitos fuisse: & Pelagius Pontifex optat, ut qui in monasteriis nutriuntur tales sint, ut provecta ætate, & vita probata ad sacerdotium valeant promoveri. *In hoc itaque vitæ genere, si rectè ex mente institutorum observetur, nil est, quod vel nequissimus huic monasticæ vitæ reprehendat, sed potius quod miretur & laudet,*

det, tantummodo removenda est falsa opinio, & præposiera fiducia, ne in his operibus fiducia collocetur, quæ in solo Christi merito collocanda est, quam falsam opinionem & præposterum fiduciam, ab omni externorum operum & ceremoniarum observatione abesse oportet. Confer Zcæmann. Apol. Tom. II. pag 246. seqq.

§. 59.

Tantùm verè abest, ut Canonicis & Monachis superiorum & nostrorum temporum placuerit placeatq; laborare & proficere, ut potius mendicitatis quidam (Monachos intelligo) fecerint professionem & bonis profectibus maxima objecerint impedimenta. Digna Consideratione sunt, quæ de Canonicis scripsit Abbas Wolcuinus Homil. de Zizania. *Rara avis in terris hodiè Canonicus à Canone vitæ. Unde ergò? Audi unde. Est namque Canon vitæ, & est canon pecuniæ, videlicet alicujus pensionis certæ, unde solet dici solve mihi Canonem meum, id est, pensionem*

nem meam. Eja ergò, ò Canonice, inveniamus Canonem tuum, à quo derivaris, hoc est à Canone pecuniæ, non à Canone vitæ, id est, à Canone regionis, non à Canone religionis. De Monachis mendicitatem professis sic scribit Polydorus Virgilius de Invent. rer. l. 7. c. 7. *Quomodo ab his Syriæ Deæ Sacerdotibus usque ad nos hujusce fraudis labes pervaserit, dum nunc vigeat omnis generis fraudulentorum hominum Secta, qui simul industriæ, simul laboris fugientes, quò plus sanctitatis præ se ferunt, eò intrinsecus dissolutiores sint, ipsosq; Deæ Sacerdotes gnaviter æmulentur: quippe qui per insidiosam pietatem, tanquam divinorum omnium ministratores, dolis apprimè instructi, hic pro templi ædificatione, alter pro vestimentis coëmendis, alius pro alendis pauperibus, alius pro redemptione captivorum, nonnulli pro educandis expositiis, circumeuntes castella, pagos, villas, à credulo rustico blandulè poscant, & cupidissimè accipiant ovem, lanam, agnum,*

hædum, ab illo gallinam & ova, ab alio porcellum, vel pernas, ab alio Cæseum & linum, ab alio superstitiosè attonito trium sextarium, aut cadum vini, vel olei lecythum: ad hæc aut Sanctorum reliquias, vel Apostolicas tabellas, seu quorundam Antistitum Chirographa vetustate assiduoq; usu passim obliterata, è pyxide depromunt, illaq; magna cum veneratione offerentibus scandala porrigunt, promittentes pro datis munusculis vitam cunctis cœlestem &c. Item paucis interjectis: Ubi domum perveniunt, à suis magno plausu accipiuntur, perinde ut si, terra marisq; superatis fortiter periculis, spolia ampla, atque bono modo parta reportarent. Ac veteratores isti ex omni hominum colluvie congregati, per hunc modum totum Christianum orbem tam impunè quàm impudenter populantur: Inter quos sunt Antoniani ante pectus T literam pictam habentes, qui D. Antonij nomine suo tempore porcos recipiunt, qui vicatim ipsi D. Antonio nutriuntur, quod id

mal

mal cum benè multis aliis in ejus tutela sit. Atque ita Dij nostri per hominum fraudes etiam nunc edunt, bibunt, amiciuntur. Sed arte & astutia insigniores sunt illi, quos Itali Cæretanos à Cæreto Umbriæ oppido appellant, qui huic tam maleficæ rei studio duntaxat addicti, pro honesta arte habent summa protervicate mendicare &c. Cassander in Consult. p. 291. Monachatum fatetur hodiè à prima suæ origine longè degenerâsse, &, quantis, inqvit, abusibus contaminatus, & deformatus sit, satis per se est manifestum: nam paulatim religio vera, & solida in superstitionem, & inanem speciem religionis conversa est, & accrescentibus opibus, decrevit pietas, & in ejus locum larvæ ceremoniarum successerunt, in qvibus veræ pietatis operibus penè neglectis, summa totius religionis constituta est, qvarum Ceremoniarum inanis observatio usqve adeò veram apud plerosqve Monachos religionem imminuit & obscuravit, ut nullam ferè licentior & profanior vita,

quàm in nonnullis monasteriis reperiatur, ita ut mirum non sit, si (cujus modi nunc ferè est monastica vita) multorum odio & reprehensioni exponatur, non dubio tamen in illis ipsis cœtibus, nonnullos esse pios Viros, qui hanc monasticæ vitæ deformationem deplorant, & quantum in ipsis est, hoc genus vitæ ad suam originem revocare contendunt. Idem Canonicos pag. 295. docet *longè à regula deflexisse, & Canonicos regulares, hoc est, illos, qui ad certam & præscriptam regulam vitam agerent, successisse Canonicis regulæ desertoribus, qui absurdo & monstroso nomine Canonici seculares, hoc est, regulares & irregulares dici cœperunt, quos haud injuria Albertus Krantz monstrum appellat sine exemplo, regulares sine regula, canonicos sine canone &c.*

§. 60.

De impedimentis bonorum profectuum modò dicebamus. Ejus rei unum alterumve specimen hic proponendum duximus. Erasmum [illegible] editio-

editionem novam Hieronymi & Auguſtini manum admolientem acriter exagitarunt Monachi. Teſtes citamus Eraſmum ipſum & Ludovicum Vivem. Illius Epiſt. ad Dorp. hæc ſunt: *Ante hoc tempus, cum apud Britannos agerem, fortè fortuna incidit mihi compotatio cum Franciſcano quodam primi nominis Scotiſta, qui plebis judicio multum ſapere, ſuo nihil neſcire videtur. Huic cum expoſuiſſem, quid in Hieronymo conarer, vehementer admiratus eſt, eſſe quicquam in hujus libris, quod à Theologis non intelligeretur, homo usque adeò indoctus, ut demirer ſi tres verſus in omnibus Hieronymi lucubrationibus rectè intelligat. Addebat homo ſuavis, ſi quid in Hieronymi præfationibus addubitarem, Britonem omnia luculenter expoſuiſſe.* Hic ita ſcribit in præf. in lib. Auguſt. de Civit. DEI: *Cum verò hujus conatus odor permanâſſet ad quosdam Dominicani ſodalitij fratres, jam non in Sympoſiantium; verùm etiam in publicis con-*

cionibus vociferari caperunt, indignum facinus, nec diutius orbi tolerandum, Erasmum denique & Augustini castigationem moliri, in cujus operibus nec tantum intelligeret: atque hæresin etiam vocabant, asseverare quicquam esse in hujus Viri libris mendosum, adulterinum aut non intellectum Theologis. Ipsi verò, qui ferre alios nolebant, quorum in editionibus castigandis cura egregia versabatur, in tantum depravarunt suis editionibus Patres, ut verè dici possit, postquam Index emersit expurgatorius, nullis editionibus papisticis fidem habendam esse. Benè Johannes Marsilius Venetus contra Bellarm. in controversia Veneta pag. 331. impressa Venetiis 1606. cum licentia superiorum. *Notum est omnibus, è Conciliorum, Canonum, aliorumve Doctorum libris, ex ipsis etiam breviariis & Missalibus ablata esse, & adhuc auferri ea, quæ Principibus Laicis favent, ut periculum fiat, num sensim & progressu temporis sta[illegible]*

posse

possit opinio de illimitata potestate Pontificis in temporalibus. Ideò ut qui libros Anno 1530. & 1550. editos cum hodiernis confert, sive Concilia sive alia describit, vindemiam manifestè deprehendat. Unde mirum non est nos post vindemiam paucos aliquot racemos in Serenissimi nostri Principis defensionem invenisse. Hæc est ratio, qua successu temporis fides Scripturis omnibus derogabitur, & Ecclesia DEI evertetur. Quod per occasionem mihi à Dn. Cardinali oblatam dictum sit & charitatis gratia: tum quod imprimis optem, ne amplius hoc modo Scripturæ depraventur. Quid hæc ad Monachos? inquies. Id volumus, has depravationes etiam Monachis deberi. *Rem meis oculis visam* (sic scribit Franciscus Junius præfat. in indic. expurgator.) *ad exemplum afferam. Ante annos viginti septem, quum Lugduni agerem (egi autem M. D. LIX. & sequente) Correctore quodam typographico usus sum familiari... cui Ludovico Saurio fuit nomen. Ha-*

bitabat

bitabat ille non procul à Mercuriali vico, in ædibus conjunctis trium columbarum signo. Quum ad salutandum hominem veniſſem, caſu vel potius ſingulari DEI providentia accidit, ut verſantem eum offenderem in recognoſcendis D. Ambroſii operibus, quæ tum Frelonius excudebat. Varijs autem ſermonibus ultro citroq; habitis, quum me avocamento eſſe ab opere nolle oſtenderem, ille redorſus lectionem paginæ, videsne, inquit, hanc formam Ambroſianæ editionis noſtræ? quam ſit elegans, accurata, & in ſpeciem omnibus anteponenda alijs quæ adhuc in lucem prodiverunt? Poſtea contuenti opus & probanti elegantiam ejus dixit. Ego verò ſi quod exemplum Ambroſiani operis mihi emendum eſſet, quodvis exemplum aliud potius quàm hoc quod vides compararem. Sciſcitatus ſum hujus dicti cauſam. Tum ille de forulis ſub menſa ſua latentibus aliquot paginas promens (erant autem paginæ, ut loquuntur Græci, κεχιωμέναι ſive cancellatæ, aliæ ex parte & aliæ in-

verſè)

versè) hæc est, inqvit, prima forma paginarum qvas his paucis diebus ad exemplum veteris & certi exemplaris optima fide impressimus: Franciscani autem duo pro auctoritate has omnes paginas dispunxerunt ut vides, & illas substitui in locum priorum curaverunt præter omnem nostrorum librorum fidem: qvæ res sumptum & molestiam Frelonio creavit gravissimam: nam pretium chartæ operarumq; amisit universum, temporis jacturam passus est, & typographicas illas priores plagulas commutari novis ad libidinem istorum oportuit, magno malo nostro, & administione mea. Complum ejusmodi exempla proferri cum veritate possent, nisi hoc unum, qvod meis oculis vidi, putarem sufficere ad demonstrandum qvorundam audaciam in libris interpolandis intolerabilem. Conqvestus de immani hac audacia, suo tempore est Erasmus præfat. in Hilarium Pictav. Qvanam est ista temeritas in libris alienis, præsertim veterum, qvorum memoria nobis sacrosancta est,

ita est, quum ipsi absint à periculo, quem vis utcunque visum fuerit, radere, expungere, addere, demere, mutare, supponere. An hoc agitur, ne quis putet, in veterum libris esse quicquam erroris? Atqui laterem, ut ajunt, laverit, quisquis istuc conetur. Hanc felicitatem DEUS solis divinis voluminibus peculiarem esse voluit. Alioqui nemo quantumvis eruditus & oculatus non labitur, non cæcutit, alicubi videlicet, ut omnes se meminerint homines esse, & à nobis cum delectu, cum judicio simulq; cum venia legantur ut homines. Quòd si quid in his occurrerit, quod speciem habet erroris, quum aliud senserit, quàm scripsit, non erit contaminanda Scriptura, sed Scholiis adjectis scrupulus amovendus. Quod plerisque in locis conatur Petrus Lombardus, adducens simul & exponens aliquot locos de dolore ac metu Christi lib. sent. 3. distinct. 15. Non fert epigrammaticus ille Poeta eum, qui velit ingeniosus videri in libro alieno. Quis autem ferat istos, qui in-

tum

tum sibi sumunt, ut, ubiubi libitum fuerit, pro germana Scriptura suos assuant pannos? Civilitatis est commodè quod scriptum est, interpretari. Cæterùm mutare suo quemque arbitratu, quod scriptum est in veterum libris, temeritas est, ne dicam impietas. Si mutata Scriptura consulendum est Scriptoris periculo, hoc in recentiorum libris potius fieri conveniebat, quos antiquitas nondum statuit extra judiciorum aleam, nec mors adhuc ab invidia vindicat. Nunc erga veteres penè superstitiosè candidi, in horum libris, qui nostra scribunt ætate, quadam etiam rectè scripta depravamus, omnia incommodè interpretamur, quasi talis Interpres non reperturus sit & in Epistolis Paulinis, quod ut erroneum, ut de hæresi suspectum, ut scandalodes, ut irreverentiale possit calumniari &c. Professores Universitatis Duacensis, Indice Expurg. pag. 12. sic scribunt in judicio de libro Bertrami Presbyteri Censoribus probato: Cum in Catholicis aliis veteribus plurimos

plurimos feramus errores & extenuemus, excuſemus, excogitato commento perſæpe negemus, & commodum ijs ſenſum affingamus, dum opponuntur in diſputationibus, aut in conflictibus cum adverſarijs, non videmus, cur non eandem æqvitatem & diligentem recognitionem mereatur Bertramus.

§. 61.

Sed è diverticulo redeamus in viam & qvæ reſtant breviter expediamus Simoniæ definitionem ſupra poſitam, ſeqvitur nunc ejus diviſio. Dividitur Simonia vulgò in mentalem, conventionalem & realem. Mentalis duplex eſt, alia enim conſiſtit in ſolo propoſito interno committendi Simoniam, alia verò præter voluntatem ſimoniacam addit externam actionem dandi & recipiendi in qva tamen malitia Simoniæ non appareat. Simonia conventionalis eſt illa, in qva intercedit pactum vel expreſſum vel tacitum dandi tempo[illegible]

pro

pro ſpirituali, qvod tamen adhuc executioni mandatum non eſt ex parte dantis aut recipientis. Realis denique non modò conventionem, ſed etiam plenam ejus executionem complectitur. De Simoniæ variis ſpecibus agit Auth Big. Sal. Serm. 29. citante Hottingero Hiſt. Sac. N. T. Seculo XVI. pag. 815. *Simonia*, inqvit, *ſecundum Thomam in IV. diſt. 25. eſt ſtudioſa voluntas emendi & vendendi aliqvid ſpirituale vel ſpirituali annexum. Cum dicitur ſpirituale, intellige Ordines, Sacramentum & Baptiſmum, nuptiarum benedictionem &c. Cum dicitur ſpirituali annexum, intellige jus patronatus, calices, ſepulturam &c. unde Vincent. in Spec. Moral. lib. 3. p. VII. diſt. 17. ponit ſeptem ſpecies Simoniæ; per qvas ſpiritualia malè adqvirantur. Primò, cum emuntur pro pecunia ſpiritualia, ut Ordines, Diaconatus, Presbyteratus, Epiſcopatus, Pſalterium, Miſſa, Baptiſmus, Sepultura, Benedictio nuptiarum, &c. Sic*

voluit

voluit emere Simon Magus Act. 8. qui videns; quod per impositionem manuum daretur Spiritus Sanctus, obtulit pecuniam Petro dicens: Date mihi hanc potestatem, ut cuicunque imposuero manus, recipiat Sp. S. Cui Petrus ait: pecunia tua tecum sit in perditionem, quod existimâsti donum DEI pecunia possideri. Talis etiam fuit Judas, qui Sacramentum altaris, id est, Christum Dominum vendidit 30. argenteis, impreciabile Sacramentum, inæstimabilem thesaurum. O! quot sunt modo Judæ complices & sodales, qui vendunt Missas & alia spiritualia, qui cum eo lucrantur æternum inferni suplicium. Secunda Species Simoniæ, cùm spiritualia adquiruntur pretio linguæ. Hoc modo non admisit Dominus preces Matris filiorum Zebedæi, ut unus filius sederet ad dextram Christi, alius verò ad sinistram, Matth. 20. & hoc est intelligendum, quando preces pro indigno porriguntur & principalis respectus est ad preces, non ad personam. Tertia Species Simoniæ est,

quando

quando spiritualia adqviruntur per obsequia principaliter. O qvot sunt Capellani Magnatum, qvi ideò obsequuntur Dominis, ut obtineant beneficium Ecclesiasticum, qvod est Simoniacum, secundum Raym. Qvarta Species Simoniæ est, qvandò qvis dat & procurat beneficia consanguineo, ea attentione ut suis Consanguineis subveniat. Manifesta est Simonia Ar. Extra de Usu. Nemo. Qvinta Species est, qvando per vim & minas Magnatum adqviruntur spiritualia. Istis fiet sicut Chore, Dathan, & Abiram, qvos terra absorbuit Num. 16. Sexta Species, cum propter favorem Magnatum dantur beneficia Ecclesiastica indignis Eccles. 7. Noli qvære ab homine Ducatum, neqve à Principe Cathedram honoris. Septima Species Simoniæ, cùm adqviruntur spiritualia per dolum vel fraudem, qvod dolus & fraus nulli debent patrocinari. Et paulò post: *Ad prælationis voluptatem alij veniunt in Nominativo Casu, qvòd sunt nominati Doctores, Magistri, Baccalaurei.*

calaurei. Alij in Genitivo, qvòd sunt filij Baronum, Nobilium & Potentum. Alij in Dativo, qvod Electoribus offerunt dona & munera, vel indebita servitia. Alij in Accusativo, qvòd alios vili pendunt, & lacerant, ut ad hoc minus idonei habeantur. Alij in Ablativo, qvi perturbant bona Ecclesiæ, ut cessando à tali infestatione habeant, pro se vel suis Ecclesiastica beneficia. Hi omnes sunt fures & latrones. &c.

§. 62.

Ex dictis manifestum est, Simoniam variis modis committi posse. Qvam rem paucis conclusionibus expeditam dabimus, ut & qvo pacto in petitione, administratione atqve resignatione sive abdicatione rei spiritualis Simoniæ reatus contrahatur, & qvænam illa sint, qvæ à Simoniæ labe excusant, constare possit. Esto itaqve

CONCLUSIO I. Simonia est interveniente pecunia emere vel vendere officia & beneficia spiritualia.

Nempe

Nempe qvisqvis qvocunqve modo pecunia licitatus fuerit officia & beneficia sacra, qvisqvis propter pecuniam honores & reditus sacros alteri contulerit, qvisqvis pecunia interveniente sibi honores & reditus sacros comparat, & in affectando sacro ministerio non DEI gloria & studio serviendi Ecclesiæ, sed lucri cupiditate ducitur, Simoniacus est. Res clara est, nec ulteriori probatione eget. Audiamus tamen ex superabundanti, qvæ sit Scripturæ, Patrum, Conciliorum, Principum, Theologorum denique & Politicorum sententia, si fortè munitum Sathanæ Castellum expugnari ista ratione, & Simoniæ odium ingenerari mentibus humanis possit. *Cum Simon Magus* (verba sunt B. Gerhardi Tom. VI. p. 19) *pecuniam offerret Apostolis, mercaturus ab illis potestatem conferendi Spiritum Sanctum, audire cogitur à Petro: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Ultimam Proverbij loco*

idem usurpetur à Collatoribus, Patronis, Consistorialibus, Superintendentibus & Senioribus ad eos, qui aureis & argenteis hamis piscantur? Ad Simoniacos scelus Gehasi applicat Ambrosius, *Lepram*, inqviens, *Gehasi à sancto se suscepisse credant Elisæo, qvi gradum Sacerdotalem se æstimant pecuniis comparare.* *Qvod dedit, cum Episcopus ordinaretur, pecunia fuit, & qvod perdidit, anima fuit.* Zelum Christi Venditores & Emptores è templo Hierosolymitano ejicientis Simoniacis spectandum proponit Origines Homilia in hunc locum Matth. tract. 21. *Si oportet tres species ejectas è templo cautius exponere, possumus dicere; Qvicunqve in populo Christiano ad nihil aliud vacant, nisi circa emptiones & venditiones, rarius autem in orationibus permanent, qvod hi sint vendentes & ementes in templo. Diaconi verò qvi non bene tractant Ecclesiarum pecunias, ipsi sunt numularij; Episcopi autem, qvi tradunt Ecclesias, qvibus non oportet,*

oportet, ipsi sunt qui vendunt columbas, id est, gratiam Spiritus Sancti. Universè Hieronymus comment. in hunc locum: *Latro scilicet est, & templum DEI in latronum convertit speluncam, qui lucra de religione sectatur.* Tertulliani verba §. 11. allegata sunt. Juvat hic expendere Gregorii Magni verba Epist. 114. Tomo Conciliorum 3. pag. 36. *Fertur autem Simoniaca hæresis, quæ prima contra DEI Ecclesiam Diabolica plantatione surrepsit, & in ipso ortu suo, Zelo Apostolicæ ultionis percussa atque damnata est, in regni vestri finibus dominari, cum in Sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides meritum non habet, beato Jacobo attestante, qui ait. Fides sine operibus mortua est. Quæ enim opera esse valeant Sacerdotis, qui honorem tanti Sacramenti convincitur obtinere per præmium? ex qua re agitur ut ipsi quoque qui sacros ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias*

qvibus honor ſacer emitur, ſatagant congregare. Hinc fit etiam ut inſontes & pauperes à ſacris ordinibus prohibiti, deſpectiq; reſiliant. Et dum innocentia diſplicet, dubium non eſt, qvod præmium illic delicta commendent: qvia ubi aurum placet, ibi & vitium. Hinc igitur non ſolum ordinatoris, & ordinati animam letale vulnus infligitur, verum etiam excellentiæ veſtræ regnum Epiſcoporum culpa, qvorum magis interceſſionibus juvari debuerat, prægravatur. Si n. dignus is ſacerdotio creditur, cui non actionis merita, ſed præmiorum copia ſuffragat, reſtat, ut nihil ſibi in honores Eccleſiaſticos gravitas, nil deſcendat induſtria, ſed totus auri prophanus amor obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, in locum ultoris is, qvi fortasſis fuerat ulciſcendus adducitur, atqve hinc Sacerdotes non proficere, ſed perire potius judicantur. Vulnerato namqve Paſtore, qvis curandis ovibus adhibeat medicinam? Aut qvomodo populum Orationis Clypeo tueatur,

qvi

qui jaculis se hostilibus feriendum exponit? Aut qualem de se fructus productu-rus est, cujus gravi peste radix infecta est? Major ergò metuenda locis illis calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui DEI in se magis iracundiam provocant, quàm per seipsos populis placare debuerant. Et pag. seqq. Nuncio apud nos olim discurrente vulgatum est, quod in Galliarum partibus sacri ordines per Simoniacam hæresin conferant: & vehementi tædio mœroris afficimur, si in Ecclesiasticis officiis habeat locum pecunia, ac fiat seculare, quod sacrum est. Quicunque ergò hoc precij studet datione mercari, dum non officium, sed nomen attendit, Sacerdos non esse, sed dici tantummodo concupiscit. Quid, s. quid per hoc aliud agit, nisi ut nulla de actu probatio, nulla solicitudo de moribus, nulla de vita sit discussio: sed ille solummodo dignus qui dare precium sufficerit, æstimet? Ex qua re, si recti libraminis examinatione pensetur, dum improbè ob inanem glo-

riam locum festinat utilitatis arripere, eo ipso magis, quod honorem quærit, dignus est. Sicut aut is, qui invitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admovendus: sic qui ultrò ambit, vel importunè se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat, & ascendendo exterius, interius in profunda descendat? Itaque frater charissime, in Sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus, para præferatur electio, ut ad summum Sacerdotium non suffragio venditorum provecti, sed DEI credantur esse judicio. Nam quia grave est omninò facinus, DEI donum velle precio comparare vel vendere, evangelica est testis authoritas. Templum enim Dominus & Redemptor noster ingressus, cathedras vendentium columbas evertit. Quid aliud est columbas vendere, nisi precium de manus impositione accipere, & Spiritum Sanctum, cum omnipotens DEUS hominibus tribuat,

buat, venundare? Quorum Sacerdotium ante oculos DEI cadere, cathedrarum utique patenter eversione signatum est. Et tamen exerit adhuc neqvitiæ pravitas vires suas. Nam cogit vendere, qvos decipit, ut emerent: & dum non attenditur, qvod divina voce præcipitur, Gratis accepistis, gratis date, agitur ut crescat & geminata fiat in uno eodemq; delicto contagio, ementis scilicet & vendentis. Et cum liqveat, hanc hæresin ante omnes radice pestifera surrepsisse, atqve in ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam, cur non cavetur? cur non perpenditur, qvia benedictio illi in maledictum convertitur, qvi ad hoc ut fiat hæreticus, promovetur? Plerumqve igitur adversarius animarum, dum non potest in his, qvæ ad faciem sunt prava, surripere, callidè specie qvasi pietatis injecta nititur supplantare. Svadet itaqve forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit qvod possit non habentibus erogari, dummodò vel sic venena mortifera eleemosynæ celata obumbratione

bmtione transfundat. Nam nec Venator feram, aut avem auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto poneret, aut ille hamum in esca absconditum non haberet. Omninò ergò metuenda & cavenda est hostis astutia, ne quos aperta nequit tentatione subvertere, latente telo sevius valeat trucidare. Neque enim eleemosyna reputanda est, sed pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus accipitur: quia qui hac intentione malè accipit, ut quasi benè dispenset, gravatur potius quàm juvatur. Eleemosyna Redemptoris nostri oculis ita placet, quæ non de illicitis & iniquitate congeritur, sed quæ de rebus concessis & benè acquisitis impenditur. Unde etiam illud certum est, quia etsi monasteria & Xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro sacris ordinibus datur, constituatur, mercedi non proficit: quoniam dum perversus emptor honoris in locum sanctum transmittitur, & alios ad sui similitudinem, sub commodi datione constituit,

plura

plura malè ordinando destruit, quàm ille potest ædificare, qui ab eo pecuniam ordinationis accepit. Ne ergò sub obtentu eleemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere, apertè sacra Scriptura nos prohibet, dicens: Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere. Quicquid enim in DEI sacrificio ex scelere offertur, Omnipotentis DEI non placat iracundiam, sed irritat. Hinc rursus scriptum est. Honora Dominum de tuis justis laboribus. Qui ergò malè tollit, ut quasi benè præbeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: Qui offert Sacrificium de substantia pauperis, ac si victum & filium in conspectu Patris. Quantus autem dolor Patris sit, perpendamus, si in conspectu ejus filius victi metur: & hinc facilè cognoscimus, quantus apud DEUM dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergò declinandum est, dilectissime frater, sub obtentu eleemosynæ,

peccata Simoniacæ hæresios perpetuare. *Nam aliud est, propter peccata eleemosynas facere: aliud, propter peccata eleemosynas committere.* Plura adducere nihil attinet. Vide decreta Gelasii & Hormisdæ PP. Tomo Concil. II. pag. 438 & 522. &c. &c.

§ 63.

Conciliorum magna adferri copia posset: nos in compendium rem contrahemus, & è vetustioribus nonnulla hic repræsentabimus. Concil. Chalcedon. Canone 2. *Si quis Episcopatum, accepta pecunia, ordinationem fecerit, & sub precium deduxerit impreciabilem gratiam, atque ordinaverit per pecunias Episcopum, sive Chorepiscopum, sive Presbyterum, sive Diaconum, aut quemcunque alium, qui connumeratur inter Clericos, aut accepta pecunia, ordinaverit Oeconomum, id est, defensorem, sive paramonarium: quicunque ergò hæc meditatus fuerit. si convictus fuerit, ipse quidem subeat gradus sui periculum: & qui sic ordinatus fuerit,*

fuerit, nullum habeat fructum ex hujusmodi & creatione probrosa & mercimonio, sed sit alienus & dignitatis & solicitudinis ejus, quam per pecunias introivit. Sed & ille, qui instans tam turpibus, & illicitis datis, Intercessor apparuit, si quidem Clericus fuerit, de proprio decidat gradu: si verò Laicus sive Monachus fuerit, anathema sit. Concil. Arvern. c. 2. *Placuit etiam, ut sacrum quis Pontificis honorem non votis quærat, sed meritis: nec divinum videatur munus comparare rebus, sed moribus: atque eminentissimæ dignitatis apicem omnium conscendat electione, non paucorum favore. Sit in eligendis Sacerdotibus cura præcipua, quia irreprehensibiles esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis. Diligenter itaque quisque inspiciat prædium Dominici gregis, ut sciat, quod meritum constituendi deceat esse Pastoris: Episcopatum ergò desiderans, electione Clericorum vel Civium, consensu etiam metropolitani ejusdem Provinciæ Pontifex ordinetur. Non pa-*

crocinia potentum adhibeat, non callidi-
ditate subdola, ad conscribendum decre-
tum alios hortetur præmiis, alios timore
compellat. Quod si quis fecerit, Eccle-
siæ, cui indignus præesse cupit, communione
privabitur. Concil. Aurelianens. V.
cap. 10. Ut nullum Episcopatum præmiis
aut comparatione liceat adipisci, sed cum
voluntate Regis juxta electionem Cleri ac
Plebis, sicut in antiquis canonibus conti-
netur scriptum, consensu Cleri ac Plebis,
à metropolitano, vel quem vice sua miserit,
cum Comprovincialibus Pontifex conse-
cretur. Quod si quis hanc regulam hu-
jus sanctæ constitutionis per coëmptionem
excesserit, eum, qui per præmia ordinatus
fuerit, statuimus removendum. Parisi-
ens. Concil. I. cap. 8. Nullus civibus in-
vitis ordinetur Episcopus, nisi quem po-
puli & Clericorum electio plenissima quæ-
sierit voluntate, non Principis imperio, ne-
que per quamlibet conditionem, contra
metropolis voluntatem, vel Episcoporum
Comprovincialium ingeratur. Quod si

per

per ordinationem regiam honoris istius culmen pervadere aliquis nimia temeritate præsumpserit, à Comprovincialibus loci ipsius Episcopus recipi nullatenus mereatur. Quem indebitè ordinatum cognoscunt, si quis de Comprovincialibus recipere contra interdicta præsumpserit, sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium Charitate remotus. Nam de actis ordinationibus Pontificum ita convenit, ut conjuncti metropolitanus cum suis Comprovincialibus Episcopis, vel quos vicinos Episcopos eligere voluerit, in loco ubi convenerit, juxta antiqua statuta canonum, omnia communi consilio & sententia decernantur. Turonica II. Synodus cap. 28. Nullus Episcoporum de ordinationibus Clericorum præmia præsumat exigere, quia non solùm sacrilegum, sed & hæreticum est (sicut in dogmatibus Ecclesiasticis habetur insertum) ad ordinandum Clericum, per ambitionem (ad imaginem Simonis Magi) pecuniam offerre Sacerdoti, quia dicitur: Gratis accepistis,

pistis, gratis date. Et cum talis sit qui graciam DEI à Sacerdote æstimat precio comparari, qualis ille, qui vendit, uterque usque ad Synodum ab Ecclesia segregetur. Cauta est enim in salute provisio ad effugiendam culpam delicti, aditum delinquendi repellere. Concil. Bracar. II. cap. 3. Placuit de ordinatione Clericorum Episcopi munera nulla accipiant, sed sicut scriptum est, quod gratis donante DEO accipiunt, gratis dent. Non aliquo precio gratia DEI, & impositio manuum venundetur, quia antiqua definitio Patrum, ita de Ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicens: Anathema sit danti & accipienti, propterea quia aliquanti multis sceleribus obnoxij sancto indigni ministrantes altari, non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent. Oportet ergò, non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonia, Clericos ordinare. Concil. Rom. sub Greg. I. Canon. 5. Antiquam Patrum regulam

sequens,

seqvens, nihil unqvam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neqve ex datione pallij, neqve ex traditione chartarum, neqve ex ea, qvam nova per ambitionem simulatio invenit, appellatione pastelli. Qvia enim ordinando Episcopo Pontifex manum imponit, evangelicam verò lectionem minister legit, confirmationis verò hujus epistolam Notarius scribit: Sicut Pontificem manum non decet, qvam imponit, vendere: Ita Minister vel Notarius non debet in ordinatione ejus vocem suam vel calamum venundare. Pro ordinatione ergò vel pallio, seu chartis atqve pastello eidem qvi ordinandus est vel ordinatus, omninò aliqvid dare prohibeo. Ex qvibus prædictis rebus, si qvis aliqvid commodi appellatione exigere vel petere fortè præsumpserit, in districto Omnipotentis DEI examine reatui subjacebit. Is autem, qvi ordinatus fuerit, si non ex placito, neqve exactus aut petitus, post acceptas chartas & pallium, offerre aliqvid cuilibet ex Clero gratia tantummodò

causa

causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit. Concil. Toletan. VI. cap. 4. Sæpè pullulantia pravitatis germina, licet sæpissimè Patrum justa noverimus severitate damnata, quia tam crebris conspiciuntur denuò vigere radicibus, justitiæ acriore vigore radicitùs amputare sancimus. Proinde quicunque Simonis Imitator, Simoniacæ quoque hæresis extiterit Sectator, ut Ecclesiasticorum Ordinum gradus non dignitate morum obtineat, sed munerum impensione conquirat, & per oblata munera capiat, quibus hunc nec rationis ordo, nec dignitas morum ulla commendat, talis inventus, sacrorum ordinum apices penitus adipisci nullo modo permittatur: sed & si adeptus fuerit, communione privatus, cum ordinationibus suis propriorum bonorum amissione damnetur. Concil. Tolet. VIII. cap. 3. Doluimus contra priora monita patrum, vota perniciosissima posterorum. Nam

quamo

quanto frequentius illi noxia vetuerunt, tanto studiosius isti perpetrare vetita non quiescunt. Sicq; per contrarium, quod penitus occumbere debuit, insaltare non desinit: & res, quam tot excisam decretis arescere oportuit, ad vicem Lernæi capitis (ut ferunt fabulæ) truncata virescit. Denique, quod non sine magno dolore dicendum est, reperiuntur quamplurimi negocio muneris perituri, mercari velle gratiam Spiritus Sancti, dum vile præmium donant, ut Pontificialis ordinis sublime columen accipiant, obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem. Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum DEI existimâsti per pecuniam possideri. Proinde, quia & usitatum est tantum malum, & majorum frequenter extat mucrone succisum, nos quoque huic vulneri cancerosò ignitum (quod superest) adhuc injicimus ferrum, decernentes omninò, ut quicunque deinceps propter accipiendam Sacerdotij dignitatem, quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem

tempore

tempore se noverit anathematis opprobrio condemnatum, atque à participatione Christi corporis, & sanguinis alienum, ex quo illum constat execrabile Christo perpetrasse flagitium. Quod si aliquis extiterit, qui accuset, ille, qui hunc ordinem munerum fuerat acceptione lucratus, & suscepto honoris gradu privetur, & in monasterio sub perenni pœnitentia religetur. Illi verò, qui pro hac causa munerum acceptores extiterint, si Clerici fuerint, honoris amissione mulctentur: Si verò laici, anathemate perpetuo condemnentur. Conc. Brac. III. cap. 7. *Quia non expedit, ut donum Sancti Spiritus pecuniis comparetur, quanquam ex hoc antiquorum Canonum disciplinæ & multiplices maneant & diversæ, tamen quia necesse est, ut frequentius retundatur, quod sine intermissione præsumitur: ideò novellæ hujus institutionis formulam instituentes decernimus, ut quicunque pro conferendo cuiquam Sacerdotij gradu, aut munu quodcunque, aut promissiones munerū, antequam*

anteqvam ordinetur, acceperit, vel etiam poſtqvam ordinatus fuerit, in aliqvo ſe pro hoc ipſo præſumpſerit munerari, ſive qvi dederit, ſive ille qvi acceperit, juxta ſententiam Chalcedonenſis Concilij, gradus ſui periculum ſuſtinebit.

§. 64.

Conciliorum piiſſimis conſtitutionibus ut plenius robur accomodaretur, Imperatores & Principes qvoqve ſuis & legibus & factis ſedulo allaborârunt. Leo & Anshelmius Augg. l. ſi qvenqvam Cod. de Epiſc. & Cler. *Si qvenqvam vel in hac urbe Regia vel in cæteris Provinciis, qvæ toto orbe diffuſæ ſunt, ad Epiſcopatus gradum provehi DEO authore contigerit, puris hominum mentibus nuda electionis conſcientia, ſincero omnium judicio provehatur. Nemo gradum Sacerdotij venalitate pretij mercetur, qvantum qvisqve meretur, non qvantum dare ſufficit, æſtimetur. Profecto enim qvis locus tutus & qvæ cauſa poterit eſſe excuſata, ſi veneranda DEI templa pecuniis ex-*

niis expugnentur? quem murum integritatis aut vallum fidei providebimus, si auri sacra fames penetralia veneranda proserpat? Quid denique cautum esse poterit & securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? cesset altaribus imminere profanus ardor avaritiæ, & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus, ut quocunque locorum pervenerit, omnia vitæ propria integritate purificet. Nec precio sed precibus ordinatur Antistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profectò enim indignus est Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus. Cum sanè si quis hanc sanctam & venerandam Antistitis sedem pecuniæ interventu subisse, aut si quis, ut alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis & læsæ Majestatis accusatione proposita à gradu Sacerdotij retrahatur,

tur, nec hos solum deinceps honore privari, sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: ut eos, quos par facinus coinquinat & æquat, utrosque similis pœna comitetur. Justin. Imperat. C. eo l 42. §. 9. *Præterea sancimus (quemadmodum divinis Canonibus definitum est) ne quis Episcopus aut Chorepiscopus, aut Visitator, sive Circuitor, aut Presbyter, aut alius cujuscunque dignitatis Clericus per largitionem ordinetur &c. Si verò quis inventus fuerit, occasione prædictarum & administrationum aliquid dedisse vel accepisse, sive Episcopus sit, sive Clericus & eum qui præbuit & eum qui accepit, extra Sacerdotium & Clerum fieri jubemus, ut posthæc Domini DEI subjaceant condemnationi.* Canutus Magnus Rex Angliæ, Daniæ & Norwegiæ test. Mamelsbur. de gest. Reg. Angl. lib. 2. c. 11. *Simoniacas promotiones* qvantopere detestatus sit, ipse indicat, cum, *Conquestus*, inqvit, *iterum sum coram D. Papa, & mihi valdè displicere dixi, quod mei Archiepiscopi*

chiepiſcopi in tantum angariabantur immenſitate pecuniarum, quo ab eis expetebantur, dum pro pallio accipiendo ſecundum morem Apoſtolicam ſedem expeterent: decretum q. eſt, ne id deinceps fiat.

Ordinatio Eccleſiaſtica Regnorum Daniæ & Norwegiæ atqve Ducatuum Sleswicenſis, Holſatiæ &c. &c. edita nomine Chriſtianiſſimi Regis CHRISTIANI III. Anno 1537. fol.

XXI. *Præfectus noſter nihil accipiat ab ordinando, ne avaritiæ commercium, quod Superattendentibus prohibemus, à noſtris Præfectis turpiter committatur, ne etiam noſtri Presbyteri videantur vel cogantur damnata Simonia emere ſacrum Eccleſiæ miniſterium, ad quod honeſti & docti vocati, ſi repudiaverint, cogi ſacra admonitione debeant, tantum abeſt, ut impiè & turpiter emant. Non enim hoc liceat noſtris Præfectis, quod hactenus non licuit Papiſtis Epiſcopis, niſi cum ſummo crimine tyrannidis & Simoniæ. Si quid autem dandum eſt Notario, qui ſcribit li-*

bit literas, pro suo labore, licet modico, sit dimidius aureus, aut ad summum integer aureus, honoris gratia: hunc dat electus Presbyter Notario Præfecti, sed expensis Ecclesiæ, quæ eum mittit. Assonat Ordinat. Electoris Augusti: Vnd wollen wir unsern Theologen bey ihren Pflichten eingebunden haben / daß sie bey Beförderung zum Kirchen-Dienste kein Geschenck noch Gaben von iemands nehmen / noch sich mit dem Ordinando heimlich vergleichen / was sie im Examine antworten sollen / weil sie wol wissen / wie ernstlich der Allmächtige solche Simoniam gestrafet &c,

§. 65.

Ab his piorum Conciliorum & Principum decretis ne latum qvidem ungvem nostri recedunt Theologi & Juris Consulti. JCtos hic prolixè adducere ratio pagellarum non permittit. Videatur Besseln heilige Ehre der Priester GOttes pag. 33. seqq. Sufficiant ergò Theologi. Mengering in Infor-

Informat. Conſc. Evangel. pag. 496. ad qvæſtionem, Ob man mit Gelde/Gaben und Finantzen eine Pfarr werben und an ſich bringen möge? Reſpondet: Die Sache iſt alſo abſcheulich und greifflich/ daß es keines groſſen ſcrupulirens oder diſputirens bedörffte / wann es nicht ſo gar gemein in der Welt werden wolte. *Nam etiam ratio lumine fidei edocta naturaliter quodammodo dictat, dona ſupernaturalia, cujusmodi ſunt gratia, Sacramenta, divina officia & his ſimilia, ſanctè eſſe tractanda, nec in temporales contractus deducenda.* Baſs. p. 353. Zwar im Bapſthumb iſts nichts ſeltzames und unerhöret / qvia omnia vendit Papatus pecunia, wie der H. D. Luth. in gloſs. Marginal. Actor. 8. 20 zeiget. Was haben ſie doch vor Mercantzerey mit den Biſchoffs-Mänteln oder Pallien getrieben? Beſihe Oſiand. Centur. 4. p. 197. Scilicet hoc illud eſt, qvod Petrus prædixit: *Et in avaritia fictis verbis de nobis negotiabuntur.* II. Pet. II. Aber daß auch bey uns

Evange-

lischen will tentiret vnd practiciret werden/ das ist vnrecht/ vnd im Gewissen nimmermehr zu verantworten. Das heisi nicht zur Thür eingehen/ sondern schelmischer weise/ auff hämische Diebesart hinein steigen. *Caveant ii, qui Episcopatum petunt aut alia officia Ecclesiastica, ne pretio, largitionibus aut aliis obsequiis ad illa contendant, quandoquidem hoc non est per verum ostium intrare, sed per posticum* Gisi. Tom. 3. p. 19. Summa, wie ein Bischoff nichts thun soll vmb schändlichen Gewinsts willen/ 1. Tim. 3. 3. 1. Pet. 5. 2. also sollen die/ so als Patroni, Bischöffe vnd Prediger zu setzen vnd beruffen haben/ keinen solchen Gewinst hierunter suchen/ oder jemand/ so das Ampt begehret/ ihnen solche Finantzen anbieten oder an die Hand geben. Im Päbstlichen Rechte ist es zumahl scharff verboten/ vnd harte Straffe darauff gesetzt. Gelasius darff in seiner 26. Epistola Decretali setzen: *Quod si quis Ministerio sacro indignus dignitatem sacram gratio mercatus fuerit, de penatur,*

Et is qvi emit & is qui vendidit, pro Simoniacis habeantur. Vber welchen Ausspruch der H. Osiander also urtheilet: *Emere Ministerium, id est, per largitiones & munera adipisci functionem Ecclesiasticam, impietas est magna.* Centur. 5. H. E. p. 472.

Non possumus, qvin ex Voluminibus Dedekenni unum atq; alterum Responsum Theologicum subjiciamus. Prius est Append. Volum. II. pag. 180. Qvæstio proponitur talis: Obs recht/ daß Kirchen Patroni bey erledigten Pfarr-Diensten eine gewisse Summa Geldes anschlagen/ daß derselbe/ welcher den Dienst haben wil/ erlegen müsse/ vnd ob er solches mit guten Gewissen geben könne/ daß er sich dennoch eines rechtmässigen Berufs trösten möge? Respondent Lipsienses, daß weder einiger Patron mit recht dergleichen fodern/ noch auch ein antretender Pfarrherr oder Kirchen-Diener mit gutem Gewissen ein sotahnes geben könne. Denn Erstlich/ lauffe es wieder das Amp-

der

der Patronen der Kirchen / welche solche Ehre / daß sie Patronen heissen / daher haben: Daß sie oder jhre Vorfahren / daß Pfarr- vnd Kirchen-Einkommen gestifftet auch darüber halten / vnd dasselbe beschützen / damit demselben keine Schmälerung werde zugefüget / vnd solches zur Ehre Gottes / vnd des Gottesdienstes Föderung / nicht aber jhres eigen Nutzens wegen / oder daß sie daher jhren Profit haben wollen / denn solches ist wieder deß Intent der Stiffter der Kirchengüter vnd Einkommen / welche wenn sie jhnen selbst einige Zugänge dannenhero hätten wollen verordnen / so hätten sie daß jhrige nicht GOtt oder der Kirchen zugeeignet. Nun es aber heist: *Quod semel est dicatum DEO, non debet transferri ad alienos usus*, so kan aus dergleichen Collatur kein Patronus etwas für sich / mit gutem Gewissen begehren / oder haben wollen / noch mit dem Pfarr Einkommen Kramerey treiben.

Zum Andern / ob mans wolte ein Leihegeld heissen / so von einem neuen Pfarrer ge-

fodert würde / so ist aus den Pfarren / vnd deren Einkommen kein Feudum zu machen / sintemal der Patronen derselben nicht Dominus ist / vnd seynd die Kirchengüter nicht sein Eigenthumb / oder in seiner Gewalt / sondern er ist mehr nicht als ein Auffseher darüber / vnd ein solcher Beschützer / der da soll daran seyn / daß ihnen nichts entzogen werde / vnd daß sie vermehret / nicht aber einigerley weise verschmälert werden / vielweniger / daß er selber Auffsetze machen soll / sich derselben zu seinen eigen Nutzen zu gebrauchen. Ein Prediger / sagt D. Morlinus, ist nicht deß Junckern Lehnman / die vom Adel aber vnd Obrigkeit werden von Gott gerühmet / mit den herrlichen Namen / als Nutritores, daher sie auch nicht haben die Lehnschafft / sondern daß Patrocinium oder Jus Patronatus über die Pfarren.

Zum Dritten so leufft es wieder die Regel Christi / ein Arbeiter ist seines Lohnes wehrt / vnd man ist jhm den schüldig aus Pflicht / vnd aus seinem Verdienst / Matth. X

th. X. 1. Cor. IX. So es aber Verdienst ist/ vnd ein Pfarrer muß umb seine Besoldung arbeiten/ wie keme er denn darzu/ daß er sich darzu einkauffen solte / vnd dem Patron Abtrag thun für das/ dafür er sich/ der Kirchen zu dienen/ vnd seine Arbeit zu verrichten/ bestellen läst? Wir wollen geschweigen / was für allerley inconvenientien daraus erfolgen würden/ vnd könten / So die Pfarrdienste dergestalt solten käufflich werden/ vnd eine öffentliche verdampte Simonia damit getrieben / welcher Gestalt Kirchendiener und Prediger nicht mehr für GOttes sonderbare Gaben geachtet / noch ümb sie gebethet werden dörffte/ sondern bliebe bloß bey dem/ wer dem Patron gnug gebe/ oder es mit ihm hielte / der keme zur Pfarr/ GOtt gebe wie die Kirche versorget würde / und were ein guter Grund zur verfluchten Krämerey die man im Bapstthumb mit Geistlichen Gütern vnd Lehen getrie-

ben hat! deren Frucht und Effect die Kirche Christi mit greifflichen Schaden erfahren hat

Derowegen so kan weder einiger Patron einem neuberuffenen Pfarrherr ein gewisses Geld/ dafür er den Dienst haben soll/ mit gutem Gewissen abfordern/ oder zu geben anmuthen/ noch auch einer/ der sich zum Kirchen-Ampt bestellen lesst/ dasselbi. ge darzulegen/ einwilligen/ er wolte denn ein eingekaufftes/ vnd nicht ein ordentlich beruffener Prediger oder Kirchen Diener heissen vnd genennet werden! Dahero gehören die *Canones magno numero*, die die *Simoniacam pestem* verbiethen vnd verdammen/ *& pœnas graves statuunt in eos, quod datâ mercede Episcopas adipiscuntur*, wie unter andern im Concilio Toletano XI. geschehen. Vnd die Churfürstl. Sachsische Kirchenordnung vermag auch dieses unter andern/ daß die Collatores die Pfarrer mit keinen Lehngelden belegen/ noch ihnen die Pfarrherrn auff eine Nahmhaffte Zeit zu ihrem Vortheil verleihen sollen.

Poste-

Posterius est Voluminis primi parte 2 pag. 952. Ubi disquiritur an liceat Canonicatus interventu pecuniæ acqvirere? Et Respondetur â Theologis Jenensibus: So wenig die heilige Schrifft denen es gebilliget vnd recht geheissen/welche ihre Hände fülleten vnd Priester wurden 2. Chron XIII. v. 9. daß sie hernacher als geweihete/ ihren Vnterhalt vom Opffer haben möchten/ Noch viel weniger wolte sich beym Licht des Evangelii in reformirten Stifften entschuldigen lassen/ wenn man sich in dieselbige mit gewissen Summen Geldes einkauffen/ oder da von bleiben müste. Die alten Canones geben solches aus für eine Simoniam, vnd wird erstlich verbotten *in Consist. Imperialib. Capitular. Carol. M. de reformatione Ecclesiæ & Disciplinæ Christianæ Capit. 19. In Concilio Cahlcedonensi, ut non oporteat Episcopum, aut qvemlibet ex Clero per pecuniam ordinari, quia utrig; deponendi sunt & qvi ordinat & qui ordinatur, nec non qvi Mediator est inter*

Darumb man allhie sich billig verwundern muß über viele / welche vns / wegen guter Ordnung der Geistlichen Freyen / die casus, mehrentheils ohn Grund der Warheit / so hoch bedencklich figuriren können / alß vorhin gemeldet / offtmahls vmb Vollenziehung jhres verdeckten Willens / vnd geheimen Vorhabens / daß sie mit Verstossung der Prediger-Widwen vnd Kinder / der jhrigen Auffnehmen suchen: Offtmals jhre höse Zuneigung gegen die verstorbenen Prediger / welche sie oder jhren Anhang mit Straff-Predigten zuweilen nohtwendig erzörnen müssen / da es bey dero Lebens-Zeit nicht geschehen mögen / nach jhren Tode zu vollenbringen / vnd was an den Todten nach eigener Rache nicht bezahlet / daß solch Müthlein an den hinterlassenen elenden Personen möge gekühlet werden. Tragen demnach viele des Schlages keinen Abschew / wann ein junger Prediger zu einer er-

ledigten Pfarr soll gebracht werden/ daß sie ihm eine Küchin oder Folge-Magd antragen/ vnd die condition so fest schürtzen/ wofern er die Pfarr wil theilhafftig werden/ daß er die vorgeschlagene Freye auch nicht außschlagen müsse. Gehet dann solches vor sich/ inmassen sie nicht ruhen/ ehe ihre Gedancken für die ihrigen vor sich gehen/ der Prediger sey gelahrt oder vngelahrt/ geschicke oder vntüchtig zu dem Predig-Ampt; So muß es dennoch kein Grewel heissen: Aber über Christliche Beliebung/ so Prediger-Widwen vnd Kinder zu Trost nach ihrem guten Verhalten/ gereichen solle/ mit Gottseligem Ernste halten helffen/ das muß ein Grewel seyn.

Man verwundert sich ferner auch billig über den Eckel vieler Studiosorum Theologiæ, die zu diesen letzten Zeiten nur liberum conjugium begehren nach fleischlicher libertät. Achten Prediger-Kinder nicht/ da sie doch selbst nunmehr wollen Prediger nach Gottes Schickung werden/ vnd lassen sich nicht eins vorkommen/ wie es ihnen

es jhnen gefallen würde / wann sie erfahren solten / daß die jhrigen dermaleins mit Weltlicher vnd Fleischlicher Verschmähung würden hintenan gesetzet werden / von denen so ihres Ordens vergessen / vnd nur sehen auff des Fleisches Lust / vnd der Augen Lust / vnd hoffertiges Leben. Darumb von verständigen Leuten / denen die Sorge für alle elende Personen im Predig-Ampt / nicht weniger alß dem Elisæo die Versorgung der armen betrübten Propehten-Widwen / anvertrawet / den vnzeitig Heyrats weltsüchtigen Libertinern eingeredet / der Schutz Gottseliger Kirchen-Personen vnd der jhrigen / ohne einige affecten, von den Patronis der Kirchen nicht gering gerechnet / sondern nach Müglichkeit alles dergestalt disponiret werden mag / daß ein abgestorbener wolverdienter Prediger / der auch die seinen in der Zucht vnd Ermahnung zum HErrn bey seyner Lebens-Zeit nach höchstem Vermögen aufferziehet / vnd in Gebühr erziehen lässet / vor dem Richt-Stuel CHristi künfftig hervor treten / vnd sagen

möge: Ihr habet wolgethan/ daß ihr euch meines vnd der meinen Trübsals angenommen habet.

§. 73.

CONCLUSIO SEPTIMA.

A labe Simoniæ excusat sustentatio honesta. Nam Simonia est, dum pro re spirituali accipitur aliqvid temporale indebitum. At sustentatio honesta debita est, adeoq; hanc exigere potest, qvi sacro officio præest, modo caveat, ne plus exigat pro sustentatione, qvam ferat ratio operis & laboris. Non enim ipsi debetur excessus, sed qvantum sufficit ad sustinenda onera rei familiaris & rectam educationem liberorū. Non ergo Simoniaci sunt auditores, qvi Pastoribus res pretio æstimabilis exhibent vel ante vel post collationē rei spiritualis titulo gratitudinis, & honestæ sustentationis. Qvisqve enim rei suæ moderator & arbiter est, potestq; donum sponte offerre cum conditione præstandi aliqvid

qvid ſpirituale e. g. baptizandi, abſolvendi, informandi &c. Diſtinguendum ergo eſt temporale, qvod datur occaſione rei ſpiritualis, ab eo, qvod datur in commutationem & qvaſi appretiationem ſive æſtimationem rei ſpiritualis. Poſterius Simoniacum eſt, non item prius. Dices: qvid ſi Paſtor dives ſit, & de ſuis hæreditariis bonis tantùm habeat, unde vivere poſſit? Reſp. nemo etſi ditior ſit, tenetur, ſi nolit, militare propriis ſtipendiis 1. Cor. IX. Qværit M. Lud. Dunte in Caſ. Conſcient. p. 956. An miniſter, qvi ex patrimonio habet unde vivat, vel aliter ſe ſuosq; poteſt ſuſtentare debeat, ſalarium ſumere? & reſpondet ad hanc qvæſtionem, *quod ſic 1. ſi enim ſalarium non capit, illos onerabit & gravabit invidia, qvi ſtipendia victus ab Eccleſia accipiunt. 2. Facile etiam continget, ut homines ejus paræciæ tali conſvetudine illecti ſucceſſori ſtipendium ſint denegaturi. 3. Chriſtus ipſe cum*

DEUS

DEUS esset, facilè potuisset & prædicandi functionem sustinere, ac etiam unâ manibus victum qværere, qvod tamen haud præstitit, sed Eleemosynis piorum vivebat. Loculos enim Eleemosynarum Judæ commisit, & facultatibus mulierum sanctarum alebatur, qvæ ipsum comitabantur Joh. XIII. v. 29. Et Apostoli, qvi Sancto Spiritu opulenter fuerunt impleti, neq; opus habebant magno studio, facilè potuissent utramq; provinciam sustinere, qvod tamen non fecerunt. 4. Paulus, qvi à Corinthiis nihil accepit, & apud Thessalonicenses manibus operabatur, & sæpe fuit in fame, siti & nuditate, ab aliis tamen Ecclesiis accepit, quæ mittebantur, & collaudat eorum oblationes, qvas appellat suavem odorem fragrantiæ. Phil. IV. v. 18. Modo dicebatur deberi qvantum satis est, non excessum. Nullus enim color sustentationis honestæ obtendi Papalibus taxis, de qvibus supra latius egimus, potest, qvanqvam id putet Toletus lib. 5. Instruct.

Sacer-

Sacerdot. cap. 89. *Dico*, inqvit, *non esse murmurandum, qvod Papa pro bis exigit pecunias non per modum pretii, nam ista ad sustentationem dantur, qvâ multum indiget tanta in Ecclesia dignitas.* Sed aliud sustentatio, aliud luxus est. De exactionibus paulo post videndum.

§. 72.

CONCLUSIO OCTAVA.

A labe Simoniæ nonnunqvam excusat labor, & privatio boni temporalis. Distinguendus est labor: alius est extrinsecus ipsi operi & per accidens conjunctus, sine qvo opus tale effici potest: alius oneri ipsi intrinsecus, sine qvo opus sacrum peragi neqvit. Veritum esto, aliqvid accipere pro actu spirituali, non tamen erit interdictum aliqvid accipere pro opere & labore illo extrinseco, qvi secundum se dignus est pretio, nec ob conjunctionē cum re spirituali æstimationem amittit, sicut vas sacris usibus destinatum

non

non ob id, qvod sacrum est, æstimationem amittit. Sic vetitum esto, pro absolutione sacerdotali aliqvid accipere, non erit propterea interdictum aliqvid accipere pro informatione confitentis, qvæ absolutioni præmitti solet. Vetitum esto accipere qvicqvam pro ordinatione & investitura ministrorum, non propterea interdictum erit, aliqvid accipere pro molestia & itinere laborioso, qvod qvis hoc nomine suscepit, vel pro temporali aliqvo vitæ subsidio, qvo qvis ea de causa se privat. Nemini enim officium suum debet esse damnosum. Interim hoc cavendum, ne respiciatur ad ipsum beneficium ejusqve opimitatem (pretium enim pro beneficio accipere & tradere Simoniacum est) sed ad laborem secundum se & privationem ante memoratam. Neqve hic illud silentio prætereundum est, si qvid hoc casu dandum est, sive id consvetudine receptum, sive authoritate Magistratus loci constitutum sit, dan-

dandum esse expensis Ecclesiæ, cui præficitur Pastor, qvantum æqvitas & facultates ipsius permittunt, ne Ecclesia necessariis reditibus defraudetur. Atq; hoc pro tranqvillitate conscientiæ tutissimum est. Abstineat ergo ordinatus, abstineat Ordinator à muneribus: ille à dandis, hic ab accipiendis. Imperator Isaacius Comnenus Episcopis certam pecuniæ summam pro ordinationibus clericorum solvi voluit, promulgata lege, qvæ sic habet: *Statuit vero Imperatoria mea majestas, ut etiam in ordinatione Sacerdotum & Canonicorum vetus forma auctoritatem obtineat; & nihil in Ordinatione Episcopus, qvi ordinat, amplius accipiat, qvam præstantioris monetæ Imperatoriæ meæ majestatis septem aureos nummos duntaxat; unum videlicet qvando facit simplicem Papam sive Lectorem: tres, qvando ordinat diaconum, alteros tres qvando Sacerdotem sive Presbyterum perficit. Sic similiter pro Canonico à vico triginta in-*

fumi-

fumibula habente ſimilem aureum unum, argenteos duos, arietem unum, ordei modios ſex, vini menſuras ſex, farinæ modios ſex, gallinas triginta. A vico vero, qvi viginti infumibula habet, auri beſſem, pro duobus argenteis argenteum, agnum dimidiatum, ordei modios qvatuor, vini menſuras qvatuor, & gallinas viginti. A vico deniq;, qvi decẽ infumibula habet, argẽteos qvinq;, agnellum unũ, ordei modios duos, vini menſuras duas, farinæ modios duos, & gallinas decem, qvemadmodum in veterum actuariorum ſigillis perſcripta ſunt, atq; provinciarum conveniens ordinatio Imperatoriæ meæ Majeſtati placuit. Sed & ipſi Epiſcopi Romani aliiq; pro admiſſione ad munus Regibus & Imperatoribꝰ certi qvippiã olim pendebãt in ſignũ ſubjectionis. Athalaricus Gothorum Rex ſcribens Johanni Epiſcopo Romano, conqveritur, ad Epiſcopatum Romanum largitionibus & turpi cauponatione perveniri. Jubetq; electionẽ eſſe irritam ejus, qvi ad Epiſcopatum urbis

his

his artibus pervenerit. Simul jubet Episcopũ Romanũ pro admissione ad munꝰ Regi pendere tria millia solidorum, cũ collectione chartarũ, alios vero Patriarchas, puta Mediolanensem, Ranennatẽ, Arelatensem, Syracusanũ, solvere duo solidorum millia. Hocq; edictum jubet Senatui & populo per præfectum urbis significari & promulgari. Justinianus recuperata Italiâ idem jus sibi reservavit, qvo usi fuerant Italiæ Reges Gothi, jussitq; Episcopum Romanum solvere Imperatori pro Enthronisticis viginti auri libras, alios vero Episcopos minores centum solidos, ut habetur Novella CXXIII. cap. 3. Patriarcha Constantinopolitanus, qvando inauguratur, Imperatori Turcico munus qvod Pescesium vocant, & annuum tributum, cui Choratzii nomen, pendit. Id qvod ex occasione hic monendum duximus. Cui otium & volupe est legat & expendat ea, qvæ habet D. Paulus Tarnovius Tract. de Sacro Minist. pag. 390.

§. 74. CON-

§. 74.

CONCLUSO NONA: *Alabe Simoniæ excusare potest injusta vexatio.* Sed hic distinguunt Casistæ jus acqvisitum ab acqvirendo. Intellige jus acqvisitum certum & indubitatum, plenum & non inchoatum. Licet dare aliqvid temporale ad redimendam injustam vexationem in jure acqvisito certo & pleno, conciliandamqve benevolentiam, ex qva sequitur vitatio damni pretio æstimabilis. Dico temporale & injustam vexationem. Si verò justa sit vexatio, sequitur eum, qvi vexatur, non habere jus firmum, & pecuniam tradere ad obtinendum vel conservandum jus, in qvo vexatur vel se vexandum timet. Qvod est Simoniacum. Injustam ergo vexationē licet redimere, qvando qvis post jus firmum & plene acqvisitum, aut post justam & pacificam temporis alicujus possessionem, injuste vel per vim à possessione impediri, vel dejici non vane metuit. Sed hic observandum

dum monent Casistæ, sic intelligenda esse, qvæ hactenus de injusta vexatione dicta sunt, ut injustus vexator tantum obesse possit non etiam prodesse, puta concurrendo ad electionem, præsentationem, nominationem, confirmationem, collationem. Qvod si enim vexans injuste & obesse & prodesse potest, puta qvia est de numero electorum & concurrit ad electionem, præsentationem, nominationem &c. Simoniam esse arbitrantur, pretio impedimentum amoliri, eo qvod pecunia parari via censetur ad beneficii consecutionem. Dicunt iidem, electoribus volentibus eligere indignum, hæreticum, schismaticum posse tradi pecuniam, ut retrahantur ab indignis. Sed hoc transeat una cum aliis haud paucis Casistarum decisionibus, qvæ non raro in Theoria applausum habent, at in praxi periculo non minimo gravantur.

§. 75.

CONCLUSIO ULTIMA: *Sola con-*

la consvetudo non excusat à labe Simoniæ. Qværitur an liceat Clerico annuum salarium accipienti honestum & suffectu-rum pro actibus Ecclesiasticis honorarium exigere? Si consvetudo nonnullibi fortè pro tali exactione militet, neutiqvam illa ferenda est. Accipi qvidem potest aliqvid honorarii loco, habit â ratione personæ dantis, accipientis, qvantitatis muneris, & temporis donationis, puta necessitatis instantis, at exigi ab invitis non debet. *In V. T.* non licebat vacuo comparare coram Jehovah &c. unde conficitur, prospiciendum esse Clericis de necessariis ad sustentationem. Qvæ si aliunde *suppe*tunt, meritò tales exactiones exulare jubentur, adeoqs sola consvetudo à labe Simoniæ non excusat. Nempe oportet consvetudinem fundatam esse in rationibus antea adductis. Sacrificos sui temporis qveritur Duaren. de Minist. Ecc. l. 7. c. 6. *qvi certam Ecclesiam nullam regunt, postqvam sacrum peregerint,*

egerint, si consveta merces ipsis non præbeatur, Episcopum adire solitos postulantes non qvidem aperte, ut sibi pretium numeretur, sed ut laudabilis consvetudo obseruetur. Sed aliud est consvetudo, aliud est ordinaria exactio. Illa in hanc minimè est convertenda. Qvod fit, *ubi non licet fieri Christianum nisi numeres: non comprobant matrimonium nisi numeres: non audiunt pœnitentiam commissa, nisi sperent præmium: Sacrificant conducti, nō psallunt gratis, non orant gratis. Non impertiunt Christi corpus, nisi numeres. Qvin vendunt sepulturas in alieno solo. Non consecrant saxum aut calicem, nisi data mercede,* sicut loqvitur Erasmus Chiliad. I. paroem. 12. Vide Hotting. Hist. sacr. XVI. secul. p. 850. Adde p. 817. ubi occurritur objectioni & ex Jure Canonico respondetur his verbis: *Dicent: Qvid debemus facere? Debemus salaria nostra & proventus Ecclesiæ minuere, ut à nullo exigamus de baptismate, qvod olim piè institutum est, vel de sepul-*

tura, aut denuptiarum benedictione? Respondet tibi benè decretalis Extra. de Simon. Ad Apostolicam. Quidam Clerici pro exequiis mortuorum & benedictione nubentium & similibus pecuniam exigunt & extorquent, & si eorum cupiditati satisfactum non fuerit, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. Econtra vero quidam laici laudabilem consvetudinem nituntur infringere: quapropter super his pravas exactiones fieri prohibemus, & pias consvetudines præcipimus observari, statuentes, ut liberè conferantur Ecclesiastica Sacramenta, sed per Episcopum loci veritate agnitâ compescantur, qui malitiosè nituntur laudabilem consvetudinem immutare. Verba hæc sunt Innocentii III. conc. 1. Lateran. cap. 66. Verum enim vero actionem hoc nomine intentari sive apud Episcopum sive alium, quod pro actibus Ecclesiasticis nihil sit solutum, inauditum in Veteri est Ecclesia & multis Conciliis, quæ simpliciter exactiones quas cunq;

eunq; reiiciunt, severè prohibitum. Concil. Bracar. II. cae. 7. *Placuit, ut unusquisq; Episcopus per Ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi, qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntariè pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis. Si vero per necessitatem paupertatis aliquid non habent, quod offerunt, nullum ibi pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptismo retrahunt: qui si forte, dum differuntur, sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est, ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes à baptismi gratia retraxerunt.* Conc. Tolet XI. cap. 8. *Quicquid invisibilis gratiæ consolatione tribuitur, nunquã quæstu vel quibuslibet præmiis venundari penitus debet dicente Domino: Quod gratis accepistis, gratis date. Et ideo quicunq; deinceps in Ecclesiastico ordine constitutum aut pro baptisandis consignandisq; fidelibus, aut collatione chrismatis, vel promotionibus graduum, precia*

qvælibet vel præmia NISI VOLUNTARIE OBLATA, pro hujusmodi ambitione susceperit: eqvidem si sciente loci Episcopo tale qvidqvam à subditis perpetratur, idem Episcopus duobus mensibus excommunicationi subjaceat pro eo qvod & sciens mala contexit, & correptionem necessariam non adhibuit. Sin autem suorum qvispiam eodem nesciente, qvodcunqꝫ pro supradictis capitulis accipiendum esse sibi crediderit, si Presbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur: Si Diaconus, qvatuor sud diaconus vero vel clericus his cupiditatibus serviens, & competenti pœna & debita excommunicatione plectendus est. Conc. Const VI. can. 23. Nullus sive Episcopus, sive Presbyter, sive diaconus immaculatam præbens communionem, ab ejus qvi communicat, ejus participationis gratia obolos vel qvamvis aliam speciem EXIGAT. Non enim est venalis gratia nec pro pecuniis spiritus sanctificationem impartimur: Sed ea iis qvæ digni sunt,

absq;

absq; ulla est calliditate communicanda. Si quis autem eorum qui sunt in cleri catalogo, ab eo, cui immaculatam impertit communionem, ullam speciem exigere nisus fuerit, deponatur ut Simoniaci erroris & maleficii æmulator. Conc. Cabilon. cap. 6. *Animarum salutem inquirere Sacerdos non lucra terrena debet, quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, neq; circumveniendi. Oblatio namq; spontanea esse debet, secundũ illud, quod ait scriptura, Voluntarie sacrificabo tibi &c. Ecclesia vero sancta non solum fideles spoliare non debet, quin potius inopibus opem ferre &c.* Sic esto consvetudo, ut Ecclesiasticos reditus, itemqve magnam pecuniæ summam ab Ecclesia poscente ministrum accipiant homines profani in partem salarii: neutiqvam hæc probari consvetudo potest, & merito pudere eos debebat tam puditorum effugiorum. Qvid enim juris salarium habet in bona Ecclesiæ aut in Ecclesiam Christi

Ministrum electum confirmari autoritate magistratus cupientem? Summum profecto dedecus est, qvocunq; modo venalia reddere ministeria sacra, & bona Ecclesiæ semel donata in profanos usus convertere. Qvæ nisi emendãtur, certissima maledictio imminet & Simoniacis illis eorumq; posteris, & provinciis in qvibus istæ Simoniæ exercentur. Idem judicium de aliis consvetudinibus pravis.

§. 76.

Simoniæ morbum exposuimus: superest, ut de remedio cogitemus. Hæc medendi cura incumbit Viris in Eminentia constitutis Politicis & Ecclesiasticis. Magistratus est Simoniam edictis & pœnis severè coërcere. Edicta supra §. 64 expressa sunt. Neq; inutile fuerit ad legum harum strictiorem observantiam & Electores & Electos juramento constringere, qvod sine interventu pretii & elegerint & electi sint. Qvomodo Justin. Imp.

Novell.

Novell. CXXIII. cap. 1. *Sancimus, inquit, quoties opus fuerit Episcopum ordinari, Clericos & primates civitatis, cujus futurus est Episcopus, mox in tribus personis decreta facere propositis eis sacrosanctis Evangeliis periculo suarum animarum dicentes in ipsis decretis, quia neq; propter aliquam donationem, neq; propter aliquam promissionem, aut amicitiam aut aliam quamlibet causam sed scientes eos rectæ & Catholicæ fidei & honestæ vitæ & literas nosse, hos elegerunt.* Conc. Tolet. XI. cap. 6. *Multa super hoc capitulo patrum sententiæ manaverunt, scilicet ne impreciabilem sancti spiritus gratiam, donis vel muneribus quis existimet comparandam. Sed (quod non sine gravi dolore dicendum est) quanto hæc frequenti decretorum est præceptione prohibita, tanto nobis fraudibus cognoscitur iterata, dum si, qui tali pretio mercari nituntur gratiam spiritus sancti, aut ordinationis suæ tempora præveniunt munere, aut post acceptum ho-*

norem promissis suis conferunt apparentibus turpis lucri mercedem. Et ideo, ut horum & similium argumentorum deinceps amputetur occasio, hæc sancta synodus definivit, ut, quisq; Pontificale culmen ante domini altare percepturus accesserit, sacramenti exactione adstringatur, quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cujuslibet præmii collationem vel aliquando dedisset, vel aliquando in futurum dare procuret. Sicq; aut mundus ab hoc contagio prælationis consecrationem accipiat, aut publicato hoc scelere, manifestè denudatus coràm Ecclesia, & ad honorem quem mercari voluit, non accedat. Illos autem, quos deinceps post prælationem per præmium ordinatos fuisse patuerit, sub definitis pœnitentiæ legibus, ut verè Simoniacos, ab Ecclesia seperandos esse censemus, id est, ut duorum annorum spatio exilio relegati, & digna satisfactione vel excommunicationis sententia coerciti, honoris gradum, quam præmiis emerant, lacrimis

crimis conquirere & reparare intendant. Unde si digna eos satisfacti pœnitentiæ commendaverit, peracto indictæ pœnitentiæ tempore, non tantum communioni, sed & loco & officiis, à qvibus separati fuerant, restaurandi sunt. Concilio vetustiori adjungatur recentius, qvod per eadem vestigia graditur. Habita est superioris seculi Anno XLIX. Moguntiæ Synodus, cujus caput XCI sic habet: *Ut ab institutione ad Ecclesiastica beneficia, omnem ambitionem, omnemq; Simoniæ pravitatem præcidamus, præsenti statuto ordinavimus & decernimus, ut qvicunq; vel muneribus vel pollicitationibus seu qvibuscunq; pactionibus unius vel plurium sibi favorem conciliaverit, ut per eos ad beneficium seu dignitatem qualemcunq; (qvatenus ad nostram dispositionem pertinent) promoveatur: eo ipso excommunicationis sententiam incurrat, & reddatur inhabilis, ne amplius ad tale beneficium seu dignitatem eligi aut assumi possit. Qvod si electus & assum-*

tus postea fuerit deprehensus, tales donationes promissiones, seu pactiones feciſſe, beneficio ſic occupato privari, & de dignitate omnino deponi debet. Simili modo, quicunq; pensiones non legitimè assignatas aut dederint, aut receperint, aut aliqui illicitis modis beneficia aut dignitates occupaverint, pro excessuum qualitate puniri, & talibus beneficiis aut dignitatibus privari debent. Quæ ut arctius observentur, nullus in posterum clericus ad aliquod beneficium seu dignitatem admitti debet, niſi prius juraverit, quod in ejus adeptione nullam commiserit Simoniam, aut illicitam fecerit pactionem. Sed de pœnis Simoniacorum, qvas ſtatuit Ius Canonicum, vide, qvæ habet Corvinus in Jur. Canon. Aphor. Lib. IV Tit. 2. pag. 291. Henrici II. insigne factum vide §. ult.

§. 77.

Inprimis vero neceſſarium fuerit, ut illi, qvos Eccleſiæ ſuæ DEUS Rectores & Doctores præfecit, non tantum

tum exemplo suo aliis præluceant & pestem Simoniacam fugiant, verum etiam ut Simoniæ devitationem Magistratibus, Patronis & Ministerii Candidatis diligenter commendens & inculcent, atqve Ministerii Candidatis adductis gravissimis rationibus & comminationibus absterreant, & non nisi dignos & in officiis inferioribus exploratos ad Presbyterium admittant, eos nempe, qvi καλὸν βαθμὸν, sive gradum bonum sibi eruditione & vitæ integritate fecerunt, neqve opus habent, ut detestabili precio munera Ecclesiastica mercentur. De καλῷ βαθμῷ videatur Paulus 1. Tim. III. 13. Suffragantur instituta Antiqvitatis. Hosii dictum extat Synod. Sard. can. XIII. *Osius Episcopus dixit: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tractes, si forte aut dives, aut scholastico de foro, aut ex administratore Episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur, nisi ante &*

Lectoris munere & officio Diaconi aut Presbyteri fuerit perfunctus & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) adscendat ad culmen Episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebunt utiq; prolixum tempus, probari, qua fide sit qua modestia, qua veritate & verecundia. Et si dignus fuerit probatus, divino Sacerdotio illustretur: Quia conveniens non est, nec ratio & disciplina patitur, ut temerè & leviter ordinetur aut Episcopus aut Presbyter. Hodie non inutile Ecclesiis foret, ut, qvi ad Ministerium Verbi affectant viam, prius in Scholico pulvere desudarent, ibiq; ad patientiam & mansvetudinem, qvæ vel maximè ornant Verbi Ministrum, assvefierent, & animi ferociâ, αὐθάδειαν, atqve contradicendi libidinem, qvam Academica licentia multis instillare solet, sensim dediscerent deponerentqve. Sic & scholis & Ecclesiis qvin ipsis Ministerii Candidatis sæpe non male consuleretur, & Simoniacæ pravitati fores qvam rectissime

ctissime occluderentur. Non abs re erit. Si Concilium superioris seculi Papisticum hic proponatur, ut ad meliorem pietatis & scientiæ Zelum provocentur purioris doctrinæ Confessores. Id est Concilium Mediolanense I. Tom. Concil. V. pag. 518. *Interdicimus & iis, qui jus habent conferendi quæcunq; beneficia Ecclesiastica, seu eis providendi, aut ad ea eligendi, præsentandi vel nominandi, & eorum ministris cujusvis generis, ne quidquam per quamvis causam ejus rei gratia ab aliquo, cui Ecclesiasticum beneficium quavis ratione tribuatur, ne sponte quidem datum accipiant. Neve ita detur beneficium cuiquam, ut is ad nutum ejus, qui dederit, vel cujusvis alterius, postea cedat. Neq; in eo dando ulla fructuum pars ab Episcopis & inferioribus contra sacrorum canonum instituta quavis etiam pietatis specie reservetur. Qui ex iis, quos diximus, secus fecerit: Jure ac facultate eligendi, nominandi vel præsentandi deinceps uti non possit. Qui vero*

beneficium ejusmodi conditionibus acceperit, sciat ex sacrorum canonum decretis, se nullum in eo jus adeptum esse; atq; ideo fructus suos non facere; quosve percepit, sine conscientiæ labe retinere non posse; ad eorumq; restitutionem compellatur &c. Neminem autem vel præsentatum vel nominatum, vel electum, vel ab inferioribus provisum prius admittant, aut instituant Episcopi, quam infrascriptum jusjurandum ab eo exegerit. Ego N. præsentatus vel electus &c. ad beneficium N. juro per sacrosancta DEI Evangelia, quæ meis manibus tango, neq; me beneficii obtinendi causa, aut, ut ad id præsentarer vel nominarer &c. neq; quemquã alium meo nomine aut consentiente vel sciente me, quidquam collatori, patrono, seu alii cuiquam ea de causa promisisse, aut dedisse, aut compensasse, aut prius datum confirmasse, vel apud quenquam deposuisse. Neq; mutuo dedisse vel locasse vel prius mutuo datum, commodatum, locatum, aut quocunq; modo debitum remisisse

misisse aut relaxasse. Nec de domibus, terris, prædiis, reditibus ejus Ecclesiæ, fructibusve, decimis, aut oblationibus ejusdem præteritis, præsentibus ac futuris, donationem, remissionem locationemve fecisse, promisisse aut inivisse, aut alium mandante vel consentiente me promisisse, fecisse aut inivisse, aut alium. Ita me DEUS adjuvet & hæc sancta DEI Evangelia. Notariis, scriptoribus aliisq; Episcopi ministris pro omnium opera, sumtu ac labore in conficiendis literis, quibus beneficii collocatio, confirmatio, institutio, provisio continetur, non plus duobus aureis ad summum persolvatur. Episcopi munus erit cavere, nec propter juris patronatus occasionem pluris aliquando res, cui illud jus annexum est, vendatur aut transferatur; si quæ vero nihilominus ita venditerint, pœnas contra Simoniacos editas incurrant. Ne redimendæ vexationis specie in causis beneficiorum simoniacæ pactiones intercedant nemini licere volumus, ad redimendam vexationem, ne in

casibus

casibus quidem jure permissis, pecuniam dare, quidquam paciſci, aut transigere, niſi Epiſcopi conſenſus aceeſſerit: cujus partes erunt, & perſpicere diligenter, an ſubſit aliqua fraus; & ubi rem fraude carere, & jure permiſſam eſſe cognoverit, non denegare ei, qui petierit, facultatem ſe à vexatione liberandi. Qui contra, quam decretum à nobis eſt, fecit, Epiſcopi arbitrio plectatur, & quod actum fuerit, irritum ſit ac nullum.

Ut omnis ad Simoniam aditus intercludatur, ſtatuimus, ut non ſolum auctores Simoniæ, ſed ejus internuncii & interpretes, notarii etiam, qui ſimoniaca inſtrumenta conficiunt, iisdem pœnis teneantur, quibus addicti ſunt ij, qui per ſimoniam contraxerunt. Iis etiam pœnis comprehendi volumus eos, qui ſcientes inter eos, qui contrahunt, Simoniacam pactionem intercedere, in eorum gratiam ſua beneficia obligant. Monemus & obteſtamur Epiſcopos, alioſq3, quibus eſt jus conferendi beneficia, ut familiaribus ſuis certam mer-

tam mercedem constituant, ne illi hoc subsidio destituti, beneficia Ecclesiastica, tanquam suæ operæ & laboris pretium præcipuè sibi proponat. Fraudari tamen Ecclesias nolumus probatorum hominum ministenio, si qui sunt in ipsorum familia, quorum doctrinæ & pietati utiliter sacrum munus committi possit. Qui beneficium Ecclesiasticum vacans multis & ambitiosis precibus per se vel per alios petierit, eo facto ita reddatur indignus, ut per biennium in eum neq; illud neq; aliud beneficium conferri possit. Eandem pœnam illis proponimus, qui beneficia Ecclesiastica, quæ nondum vacant postularint, præter eas, quæ à sacris canonibus huic iniquitati constitutæ sunt.

§. 78.

Deniqve Ipsi Ministerii Candidati eruditione & pietate sacrum ministerium ambiant, audiant rationes Simoniam profligantes anteqvam promoveantur, & se diligenter probent, postqvam adepti spartam Ecclesiasticam

cam

cam fuerint. Præclarè Eucherius: *Qui corda hominum ad ædificium spirituale, quod ex virtutibus animæ constituitur, parant, suos auditores fidem & opera justitiæ docere sufficiunt, dum ipsi prius sacris paginis edocti, diligenter, quæ sit fides tenenda, quo virtutum calle incedendum, certa definitione veritatis didicerunt. Nam frustra sibi Doctoris officium usurpat, qui dissertionem fidei Catholicæ ignorat. Neq; sanctuarium Domino sed ruinam sibi ædificant, qui docere alios regulam, quam ipsi non didicerunt, conantur.* Accurate expendant, (& ita qvidam expendant, ut theoriam praxis seqvatur,) qvæ tradidit Paulus 1. Tim. III. & Tit. 1, 6. seqq. Versatur in Ministerii Candidatorum manibus liber, dictus Pastor Conscientiosus M Ekardi. Is Class. 1. qvæ. 7. Simoniacos hosce largitores & currentes quatuor oppugnat rationibus. *Primo ingens præbent scandalum, dum non solum eos, qvos corrumpunt muneribus, ad δωρο-*

φαγίας

φαγίας peccatum perpellunt, ut idem posteà, ex auri sacra fame, crebrius & promtius si ferat occasio, admittant; verum etiam iisdem ansam præbent, de Ministerio Evangelico contemtim sentiendi ac blaterandi, quasi omnes essent ejusdem ingenii & farinæ, homines perfrictæ frontis sine ullo conscientiæ, aut vocationis respectu, suum curantes commodum. Siccine memoria excidit illud Apostoli? ne quam usquam demus offensionem, ut reprehendatur ministerium. 1. Cor. 6. v. 3. 2. Arroganter agunt contra Christianam charitatem. Suis enim artibus & machinis pecuniariis dignioribus & insignioribus donis instructis locum præcipiunt, omnemq; emergendi occasionem antevertunt, parum soliciti, quo cum fructu & successu auditores sint informaturi, modo ipsi habeant, quod aliis conscientiæ religiosius caventibus, obtingere debebat 3. Conscientiam suam, cujus tranquillitas auro pretiosior, multum inquietant: De legitima enim vocatione nunquam, maxime ad-

me adversis ingruentibus, & molestiis officii accrescentibus,, certi esse possunt; semper enim cogitandum, quia illegitime per artes & fraudes, in Ministerium irrepserint, quidquid acerbitatis devorandum à DEO indignante immissum esse: Ita malum externum, vulneris interni accessu irritatur, ac sævius redditur. Quam validum vero scutum sit legitima vocatio, dici non potest. Qui illa se munit, is quoscunq; fortunæ impetus, & mundi insultus animosè ac fortiter excipit, juxta Consilium Syracidis: Mein Kind/in Widerwertigkeit sey getrost/ vnd trotze auff dein Ampt/ denn wer an sein Ampt verzaget/ wer wil dem helffen? *Cap. X. v. 31, 32. 4. Emergit hinc non rarò Domino Territorii, cum Pontificio de Jure Patronatus disceptanti (quod hoc ævo sæpius factum) ingens incommodum, & præjudicium, ut sic currentum & Largitorum importunitatem in favorem causæ suæ alleget, eumq; etiam nominare dignetur, qui ob donorum defectum, aut vitæ nævos, fun-*

ctione

ctione sit prorsus indignus, ac toti Ecclesiæ molestus & exosus. Territet te, quisquis id audes, fulmen Petrinum: Pecunia tua tecum sit in perditionem! Act. VIII. v. 20. Hæc ille. Videantur, qvæ comportavit Mengering in scrutinio Catechetico pag. 1388. seqq. Examen instituatur conscientiæ:

Ob einer ein Curent-Bruder gewesen/ und ohne rechtmäßige Mittel/ Weg und Weise nach Kirchendienst und Pfarr-Ampt gestellet und gestanden?

Zwar daß jemand/ der Christlichen Lehr gründlich bericht ist/ und zimliche Gaben hat zu lehren/ seinen Dienst der Kirchen wol und mit gutem Gewissen anbieten möge/ lehret S. Paulus 1. Tim. 3. v. 1. Dann ein solcher suchet nichts anders/ als daß der liebe GOTT durch ordentlich Beruff erklähren wolle/ ob Er seines Diensts zu dem Ampt in der Kirchen brauchen wolle/ und sol derselbige hierunter also gesinnet seyn/ wo auff das Anbieten/ der ordentliche Beruf

nicht

nicht erfolge/ daß er sich selbst nicht eindringe oder einpracticire/ sondern mit dem lieben David sage 2. Sam. XV. v. 26. Wird er sprechen: Ich habe nicht Lust zu dir/ siehe hie bin ich/ Er machs mit mir wie es Ihm wolgefält. Aber so thun manche Currents-Brüder nicht/ sondern sie versuchens auff allerhand Wege vnd Weise/ sehen daß sie mit den Amptsdienern vnd denen die eine Persone insinuiren vnnd vorschlagen mögen/ in Kundschafft kommen/ partiren sich in ihre Freundschafft/ thun vñ machens/ wie sie haben wollen/ heucheln vnd hoffiren ihnen nach ihrem Gefallen/ hengen sich etwan an ihre arme Freundin und Muhme eine/ damit sie durch den affinitivum möchten ein Stein im Bret bekommen/ verloben vnd verplempern sich mit den Zoff-Junfern vnnd Schliesserinnen Horchen hie vnd da/ wo etwan was wil ledig werden/ vnd denn ist des lauffens vnd rennens weder Maß noch Weise/ mit denen heists denn recht auch/ wie Gott der HErr beym Propehten Jeremia Cap. XXIII.

klaget;

klaget: Currebant & non mittebam eos. von solchen Gesellen hat H. Joh. Val-Andreæ einen artigen Apologum gemacht in Menippo titulo *Vocatio*, vnd denen giebt D. Luther. Tom. I. Jen. Lat. fol: 371. eine solche Lection: O bone frater uno verbo Christus te liberat ab hac qverela: Vide Evangelium qvod dicit sic: Vocatis servis, tradidit illis bona sua, Vocatis inqvit. Qvis autem te vocavit? Expecta vocantem, interim esto *securus*. *Imo. si esses sapientior ipso Salomone & Daniele, tamen nisi voceris plusqvam infernum fuge, ne verbum effundas. Si tui eguerit, vocabit te, si non vocabit, non te rumpet scientia tua &c.*

§. 79.

Qværes, qvid sit illi faciendum, qvi Simoniacè promotus est, vel alterum Simoniacè promovit. Resp. idem illi faciendum qvod aliis magnis peccatoribus. Est agenda seria pœnitentia. Perges: annon abdicandum

est

est officium, ad qvod qvis non est legitimn promotus? Respondetur, si servire Ecclesiæ, sicut par est, & vult & potest, non est necessaria abdicatio. Denn alhie gelten kan (verba sunt M. Aviani apud Dedek. Vol. I. p. 923.) was D. Luther geschrieben hat in der Kirchen Postill über das Evangelium am Tage S. Johannis des Ev. der also spricht: Wenn dein Wesen ist ein Stand/ der an ihm selber nicht Sünde ist/ ob du gleich durch Sünde vnd Thorheit darin kommen werest/ wird darumb dasselbe Wesen oder Stand GOtt nicht desto ungefälliger: denn GOtt gefallen alle Dinge wol Gen. 1. ohne die Sünde. Darumb wo du in einen Stand bist/ der nicht Sünde an sich selbst ist/ so bistu gewißlich von Gott beschicket vnd in dem Wesen/ daß GOtt wolgefället/ stehe nur zu/ vnd sündige nicht darinne. Wenn du von einem Bodden fielest/ vnd brechest ein Bein entzwey/ were darumb die Stube oder Bette nichts desto böser/ oder Gott ungefelliger/ darin dich derselbe Fall bracht hatte/ vnd

blei-

bleiben zwünge. Ob wol ein ander ohne solchen Fall hinein komme. Hactenus Lutherus. Hurerey ist kein Mittel zum Ehstande/ vnd gleichwol sind das rechte Eheleute/ die durch Hurerey in Ehstand kommen/ müssen allein ihre Sünde erkennen und unsers HErrn Gottes Straffe/ die Er ihnen ohne zweiffel/ zur Erinnerung zuschicket/ mit gedult tragen. Also wenn ein Prediger gleich nicht bono titulo ins Predig-Ampt kompt/ jedoch wenn er ruhig gelassen wird/ achte ich/ daß er nicht dürffte von seinem Dienst entlauffen/ so fern er nur/ was gesündiget worden ist/ dasselbe erkennet bekennet/ & si cui per vocationem suam aliquid rapuerit, id restituat, Vnd letzlich das leibliche Creutz/ welches nicht aussen bleiben wird/ gedültig trägt. Demnach dients zu mehren Trost im Creutze/ daß einer ordentlich vnd gebührlich nach Gottes Wort vnd Willen/ & sine læsione alterius ins Predig-Ampt beruffen werde.

§. 80.

Henrici II. Imperat. exemplum

planè memorabile est, qvi convocatos Germaniæ & Galliæ Episcopos, ut scribit Glaber lib. V. cap. 2. his verbis est allocutus: *Lubens vobis incipio loqvi, qvi vice Christi in Ecclesia constituti estis, qvam ipse sibi desponsavit, ac precioso sui sangvinis redemit. Sicut enim ipse gratuita bonitate de sinu DEI Patris per virginem ad nos natus est redimendos, ita suis præcepit mittens eos in universum orbem, Apostolis, gratis accepistis gratis date. Vos autem avaritia & cupiditate corrupti, qvi dum conferre deberetis in hujusmodi transgressionis dando & accipiendo Canonem, maledicti estis. Nam & Pater meus, de cujus animæ periculo valde pertimesco, damnabilem avaritiam in vita nimis exercuit. Id circo qvicunq; vestrum hvjusce se norunt contaminatos, oportet ut à sacro ministerio secundum dispositionem Canonicam, arceantur. Patet enim manifestissimè, qvoniam propter hanc offensam venerunt super Filios hominum diversæ clades; Fames videlicet*

atq;

atq; mortalitas, nec non & gladius. Omnes qvippe gradus Ecclesiastici à maxime Pontifice usq; ad ostiarium opprimuntur per suæ damnationis pretium, ac juxta vocem dominicam, in cunctis grassatur spirituale latrocinium. Hæc Imperator præclarissimè. Pergat Glaber: His ab Imperatore acerrimè prolatis stupefacti Pontifices, qvid illi responderent, nō habebant. Pertimescebant enim carere ob hanc culpam propriis Episcopatuum sedibus. Et qvoniam non solum in Gallicanis Episcopis hæc pessima pullulaverat neqvitia, verum etiam multo amplius totam occupaverat Italiam (omnia qvippe ministeria Ecclesiastica ita eo tempore habebantur venalia, qvasi in foro secularia mercimonia) cernentes qvoq; Episcopi gravi se invectione irretitos, misericordiæ opem implorabant. At ipse Princeps misericordia motus, tale consolationis protulit verbum. Ite, inqviens, & qvod illicitè accepistis benè disponere satagite &c. Tunc proposuit edictum omni Imperio suo, ut nullus gradus

Clericorum vel ministerium Ecclesiasticum precio aliqvo conqvireretur: ac si qvis dare aut accipere præsumeret, omni honore destitutus anathemate multaretur. Spopondit insuper promissum hujusmodi, dicens: sicut enim mihi Dominus coronam Imperii sola miseratione sua gratis dedit ita & ego qvod ad religionem ejus pertinet, gratis impendam. Volo, si placet, ut & nos similiter faciatis. Audite mortales, vult DEUS, ut & vos, REGES, PRINCIPES, MAGISTRATUS, EPISCOPI similiter faciatis.

Auctarium

Expressum verbis Cornelii à Lapide Comment. in Apoc. Cap. III. p. 57.

MEmorabile est dictum Johannis de Avila, qvem à sanctitate & concionandi efficacia celebrat Hispania: Tot, ait, tantæq; sunt Pastorum obligationes, ut qvi vel tertiam earum partem

partem reipsa impleret, sanctus ab hominibus æstimaretur; cum tamen eo solo contentus, gehennam non esset evasurus. Quin & S. Chrysost. scribens in Acta Apostolorum, magno cum animi sensu asserit, paucos ex Episcopis salvari, eo qvod difficillimum sit tot animarum eis concreditarum bonam rationem reddere. Similia addunt alii Patres qvos citavi 1. Timoth. 3. v. 1. Qvocirca Pius V. Pont. dicere solebat, Papatum non esset rem desiderabilem, seq; in eo tot molestias & labores experiri, ut cum iis paupertas, ut disciplina & labores omnes, qvos in vita Religiosa subierat, nullo modo essent comparandi. Qvare qvoties Religionis recordabatur, suspira-

bat, asserebatq; nunqvam & nusqvam nisi in illa invenisse quietem. Imo addebat se æstimare, *Papatum esse impedimentum salutis æternæ.* Unde mox ut creatus fuit Pontifex expallescens & qvasi horrore perfusus: Ego, inqvit, qvamdiu fui Religiosus, bene speravi de mea salute, factus Cardinalis cæpi timere, jam *creatus Pontifex pene de ea desspero, &c.* Hoc domesticũ exemplum secutus Cardinalis Alexandrinus, Pii V. nepos jam moriturus: Qvam inqvit, in hac hora optarem totam vitam in Religione mea (fuerat enim Dominicanus æqve ac Pius V.) transegisse! Sane jam mallem me tota vita servisse coco Monasterii mei, qvam Cardinalem egisse. Nicolaus qvartus

ex

ex Franciſcano creatus Pontifex ajebat, ſe malle eſſe Fratrum cocum qvam Cardinalem. Paulus III. Pont. animam agens: Mallem, ait me ſubjeciſſe coco familiæ Capucinorum, qvam hanc DEO proximam, ſex & decem annorum curriculo dignitatem ſuſtinuiſſe. Ita refert P. Jovius in ejus vita. Similia plures in illo articulo dixerunt. Nimirum ille aperit homini oculos, dum transacta omnia vana æq; ac oneroſa fuiſſe oſtendit ac pandit inſtans iter ad judicium. Verum dum vivimus & valemus honor & voluptas mentem ad ſe rapiunt, ut futura etiam brevi non cogitemus.

(:)

Ostĕtat nummos, ut spiritualia quærat
Simon, & implorat munus Apostolicum.
Simonis Petri mox voce repellitur ille
Et quatitur præceps asperitate Magus.
Simonis Petri placet hæc Simonia, virtus,
Pro numis quæ non munia sacra dabit:
Qui se Simonis Petri succedere Spartæ
Jactant Simonis morem habuere Magi!
Atq; utinam soli! latè simonia semen
Sparsit & infecit munera sacra satis.
Exonerata aliquam multum est Ecclesia, postquam
Libera Pontificis facta furore fuit.
Exoneranda etiam porrò, quo jubilus ille,
Exitium vitiis talibus ipse canens,
Jan vester gravibus momentis tendit. Amandum
Jubilus ille bonis, jubilus ille bonus.

Cl. Dn. M. Mormanno, Amico suo benevoli amoris causa scr.

Joh. Georg. Dorscheus, D.

Ad

Ad Reverend. adm. & Excellentissimum

DN. CASP. MAURITIUM,

SS. Th. D. & Prof. celebratissimum, Eccl. Rost. Superintend. Amplissimum,

Dn. Collegam & Compatrem insigniter dilectum ac colendum,

Publicantem

Tractatum de SIMONIA.

ROMA *Simoniacos* vetat & tenet illa *sodales*
nulla PETRI, ampla *Magi* signa SIMONIS habet
Ad *Tiberin* venet dudũ *venembilis* ABBAS
& pretio prostant templa verenda Dei.
Aurea qvis dubitet Romæ, qvis *gemmea dona*
cũ videas *Grandes* tot supereſſe *Magos?*
Fallor? an *Iliacos muros peccatur* & *intra*
perrumpitq; auri mœnia sacra fames?
Mercantur titulos, qvot non mercantur honores?
nec licet optata, qvi meret, ire viâ.

Qvi

Qvi Labaro *indignus* qvondam, nunc *dignus* habetur:
& sacer est, qvi non *cogitur* esse sacer.
Sic *pretio* cœlum petitur per crimina mille:
qvam *Proteus* varios induit *ille* modos?
Tu turbam infamem, scelera ingeniosa SIMONIS
(Aëre ne puro porrò nocere qveant)
Tu *varias Protei formas*, Vir Magne, revelas
& *Zelum* Varno *judicium*q; probas,
Solemni votum hoc debebas *religionis Pacti*, nunc reddis publica vota DEO;
Consulis egregio scripto *Templi*q; *Scholis*q;
Ut, qvem non puduit, non puduisse qveat
Sit felix! cœlo pietas placet illa LEONIS.
Rectiùs haut poteras consuluisse Rosæ.

Honori & amori erga Dn. Collegam & compatrem honoratissimum quod debuit L. M.

Aug Varenius, SS. Th. D. Hebraic. & Catech. Chr. Prof.

Ad Clarissimum Virum

DN. GERHARDUM MOHRMANNUM.

Quid fas, quidve nefas; quid maximus Arbiter ævi
Approbet aut nolit, non est dubitare necesse,
Quos Evangelii lux collustravit. At illi
Hanc tamen ad lucem connivent, nilq; videre
Se simulant, magno & passu in contraria currunt.
Ergo bonum factum, quòd tu cum Præside magno
Germanam rursus lucem mortalibus acer
Ingeris, & nunc in mundo quæ plurima turba
Facit at, hæc exosa Deo patrata revincis.
O utinã clarum mortales lumina pandant
Ad lucẽ: fugiant contrà, quæ diligit idem!
Sic tecum voveo: vix & sperare jubebo.

Ad Ill. Acad. Rostochiensi,
cum hanc denuo salutaret,
f.

M. Johannes Vorstius.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864/phys_0533
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730056864/phys_0535
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730056864/phys_0536
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864/phys_0538
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864/phys_0539
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730056864/phys_0541
DFG